xit equum.ꝙ.s.litterā tergo inuſtā gereret nā & hoc obſeruabatur vt eius cuium pecus eſſet:prima nominis littera inureretur. Hoc āt poeta confixit:ꝙ Athenis Alaſtor:Aliterius:& Palāneꝰ in æs incisa nomina ſpectabantur.autor Socrates aut alluſit ad Alaſtoris. Etimologiā:quā ex Apollodori interpretatione retulimus. ¶Ante fores in veſtibulo. ¶Iuncti.ſ currui nā qui curru vehitur iungere equos dicitur. ¶Sęuum.aduerbiū non nomen ē. ¶Fremebāt.fręmitꝰ & hinnitus equoꝝ vox eſt. ¶Craſtina.i ſequētis diei. ¶Predę.futuri raptus:quē deinceps poeta contexet: Jungere equos

¶Præfatio libri ſecundi ad Florentin um

OCia ſoſpitis ageret quō cantibus Orpheus
Neglectumq; diu depoſuiſſet opus.
Lugebant erepta ſibi ſolatia Nymphę
Lugebant dulces flumina mœſta modos
Sęua feris natura redit:metuenſq; leonem
Implorat cytharę vacca tacentis opem.
Illius & duri fleuere ſilentia montes:

¶Ocia ſopitis ageret cum cantibus Orpheus.

HAec elegia tota tua eſt Catelliane:nam recognoſces in te:quæ laudat in alio Claudi. Agit.n.gratias Florentino cuius recē liberalitate prouocatus:ad carmē poeta redierat anguſtia rei familiaris īntermiſſum. Atq; ingenua atteſtatione quicquid deinceps ſcripſerit amico acceptum refert. Idem nos exemplum ſequuti ſumus nam quō tu nos inuidiæ telis electos :eius quam nemo

bonus vnq̃ vitare potuit (ex qua fortuna non dicā: ne vanus iis
qui rem neſciunt: aut arrogans omnino videar opibus & officiis
cumulatiſſime iuueris: neceſſe eſt vt nos itidē inte ornando: ratio
nes omnes noſtras conferamus. id autē aſſequuti videbimur. Si
ad eas animi dotes quas tibi multas & prope ſingulares natura
tribuit: bonarū artium ſtudia: atq; certiſſima litterarū præſidia: q̃
vitā & tuentur: & illuſtrāt: acceſſerint. Quod vt opera noſtra fiat
inſtitutis & grauioribus in dies cōmentariis enixe: ſeduloq; cura-
Orpheus
bimus. Orpheus. is ex Apolonii carmine & Diodoro. Oeagri fi-
lius fuit: eius quē Pierus lino patre genitus procreauit: vt inquit
Hymeneus.
Charax Aſclepiades ſcribens de tragœdia lib. vi. Calliopes ex
Hyalemus
Apolline tris enumerat liberos. Hymenæū: Hyalemū. Orpheaq;
Linus
idem ſentit Pindarus & Oui. in amoribus: qui Linū canit ex iiſdē
parentibus etiā natum Affert & antiquū Chæris elogiū: quo fi-
Cice. locus
lius Apollinis Orpheus approbatur: & a thracibus qui pieres ap
pellātur: extinctus. Ammonius ab iis potius eſt: qui Orpheo pa
Argonanti-
trem Apollinē tribuerūt: q̃ qui Oeagrū Quippe cum muſicæ ſtu
ca cuius.
diū quo claruit Orph. Apollini quidē conueniat Oeagro minime
v ndecim ſeculis ante bellū troianū fuit: vt in ſuidæ monumentis
legimus. Multa q̃ ſcripſiſſe dicitur: ad alios autores referuntur. nā
Orphei
Orpheū poetā nūq̃ extitiſſe. Dionyſius & Ariſtoteles: nō paucis
argumentis oſtendunt. Odæ ad Ionem tragicum: ſermones ab
aliis ad Theognetum theſſalum: ab aliis ad Cecropem pytha-
goricum cuius in deorum natura meminit etiam Cic. tamet-
ſi quorundam ſtultitia: qui Ciceronis opera nuper impreſſerunt
aliis apud eū ſyllabis inuerſa dictio legatur Oracula ferūtur Ono
macriti: itē initia. Soterio Timoclei Syracuſani. aut Mileſii certe
Pergini. Crateras Zopyrus ſcripſiſſe creditur Deſcēſum ad infe-
ros Hærodicus perinthius: aut Orpheus Camarinæus. nā plures
eodē noīe recēſētur: & in iis: vt ait Aſclepiades: Orpheus Croto-
Carmen ad cytharā quī primum.
niates Argonautici ſcriptor: qui cū Piſiſtrato congreſſus Athe-
nis eſt. ¶ Ageret ocia. ceſſaret ¶ Sopitis can: omiſſo canendi ſtu
dio tranſlatio ſūpta ab iis q̃ ſomno depoſiti nihil agunt primus
Orpheus feras et ſaxa cur cantu duccre dictus ē
aūt Linus: vt tradit Pli. ad Cytharā carmen cōpoſuit: quō prius
aut aſſa voce: aut tm̄ Cythara canerent. Nymphæ harū multa ge-
nera: Oreades: Dryades: Napææ: Naiades: & aliæ præterea quas
omnes intelligit. ¶ Solatia auriū delinimenta: & carminū ſuaui
tatē. ¶ Erepta. ſublata tacēte Orpheo. ¶ Flumina mœſta: triſtia

que : & ipſa Orphei cantu oblectabantur. ¶Sęua na. pri=
ſtina feritas.atq; ita magnū porrigit ad hiſtoriam nam primus Citharā q̄s
Orpheus barbaras ac ſine rationis cultu gentes:quaſq; mitiores inuenerit
affectus nihil tángebant Macrobius.& rectecredit:vt que fugata
prius Orphei cantu fuerat. ¶Implorat opē mugitu poſcit auxiliū
¶Citharæ quam primus Orpheus inuenit alij linū maluerunt:
Horat.& Higynus Mercuriū. ¶Tacentis.ab orpheo non percuſ=
ſi Duri montes.rupium periphraſis eſt.aut duros montes intelli
git inanimatos ¶Fleuere dura tranſlatio nam ſolis animanti
bus flætus nec omnibus a natura tributus eſt.Iuuenal.Molliſſi=
ma corda Humano generi dare ſe natura fatetur.Quæ lachry=
mas dedit hec noſtri pars optima ſenſus.

Syluaq; Biſtoniam ſæpe ſequuta lyram.
Sed poſtq̄ inachijs Alcides miſſus ab Argis:
Thracia pacifero contigit arua pede:
Diraq; ſanguinei vertit præſepia regis:
Et Diomedæos gramine pauit equos.

¶Sylua.Fagorū conſitus in agro Zonæ:quæ ciuitas (vt ait Ni=
cander) thraciæ fuit.eas arbores Orphei cātu tractas aſſerit Apol
lonius:argumento q̄ ita poſitæ ſunt:vt inuicem ſibi recta qua=
dā ſerie ſuccedant:vt qui ad ictus modulantium pedum mouen Orphei cā=
tur. ¶Lyram biſtoniam.thracis Orphei nam thraciæ gens Biſto tum ſecute
nes:cui Biſton Martis (vt alijs) & Terpſychores :aut Ciconis :vt fagi.
Philoſtephano placet filius nomen dedit. ¶Sed poſtquam Ina= Zona ciuitas
chijs Alcides miſſus ab argis. Non tamen Herculem tum pri=
mum vidit.Orpheus nam inter Minyas vterq; nauigauit:vt ipſe Biſtones q̄
de ſe profitetur in argonautico. Sed alterius illud Orphei carmē et vnde.
eſſe iam diximus.Quomq; duos eius nominis memoret Hero= Orpheus in
docus.ex ijs alterum ſub Iaſone profectū: canit vt ſuſpicari liceat ter argonau
thraci Orpheo de quo nunc Claud.ab illa expeditione vacationē Philāmon.
fuiſſe Quom preſertim Pherecydes autor:ſit Iaſoni comitē:non
Orpheū acceſſiſſe:ſed Philāmonam Quid ſi non primus : ſed ſe=
cundus eorū congreſſus:is fuerit:vnde tantum voluptatis Orphe⁹
cœpit vt omiſſum muſicæ ſtudium repetierit:potuit & antequam

mare conſcenderet Hercules eius iniſſe amicitiam.quam veterem nūc Orpheu .recognoſcat .aut ſenſus hic cōuenit:aut certe ꝑ ſuo commodo hiſtoriam poeta variauit. ¶Miſſus.ab Euryſtheo: cui tantus vir iniquis fatis parabat. ¶Argis oppido peloponeſſi quod omnium primum Phoroneus regiā ſibi condidit:vt quorū dam ſententia ſcribit Plinius.laudat & argos a vetuſtate Sophocles in Electra Hinc argiuus apud Vergilium Sino.itaqȝ ſuſpirat. Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi. Nam qui Cara Seruius intelligit:nemini docto placere poteſt:aut debet Papinii.in.iij.Theb.Quicquid & Aſophon vetereſque interiacet argos ¶Inachiis. Ambiguitatem ſubſtulit hoc epitheto: Sequutus Homerum : qui ſemper idem facit. Nam vndecim vrbium nomen Argos eſt:quas omnes exponit Stephanus Quin & quæcunqȝ littoralis .ciuitas Argos dici poteſt:vt ait Euſtachius. Inachus autem (quod ſcribit Solinus) Argiuę nobilitati exordium dedit: & fluuio nomem:quem proximus (vt alij) mons Lyrcæus vt Hecathęus:locus in ſummo pindo Lacmon fundit. Eundem perennes aquas habere negant:ſed tantum pluuijs augeri:indignatione Neptūni:in quē de finibus cū Iunone cōtendentē ſententiā tulit: autor Pauſanias meminit & in Thebaid. Papinius. ¶Alcides. Hercules.ab auo paterno Alceo: Andromedes & Perſei filio: vt cecinit Herodotus eadē ratione:qua dr̄ Amphitryoniades:quom Iouis fuerit in quod iocatus feſtiue Catul.eſt quō ait Falſiparens Amphitryoniades. ¶Thracia. Oceanus duas habuit vxores Pōpholygen:& Parthenopen ex hac europē:& Thracen puellas ſuſcepit:ex priore Libyen:& Aſiam quas oēs orbis regionib⁹ nomē dediſſe:ſcribit Andro Alicarnaſęus .cū Thrace Saturnus concubuit vnde Dolōcus natus:ē a quo Thracia gens Dolōci. ¶Pede pacifero. Nā quicquid infeſtū terris fuit: Hercules ſuſtulit vnde victor appellatus eſt vt ait Plutarch. Deianyra apud Ouid. Reſpice vindicibus pacatum viribus Orbē Qua latam Nereus Cærulus ambit hnmum. Sed & ipſe deus apud Senecam: ita cladē ſuę domus expoſtulat. Ingrata tellus nemo ad Herculę domus Auxilii venit? vidit hoc tantum ne fas Defenſus Orbis? ¶Diraqȝ ſanguinei vertit pręſepia regis. Equos habuit Diomedes admodū feros:& qui corporibus humanis paſcebantur hos hercules ſuſtulit iuſſu Euryſthei Euryſthęus Iunoni cōſecrauit eorum genus ꝑrogatum vſqȝ ad Alexandrum philippi filium:tradit Diodorus.

Argos oppidū poſt hoīm memoriā primum

Ver. locus Inachus rex ⁊ fluuius

Alcides.

Europa. Thracia.

Libya Aſia

Dolonci.

Hercul. orbis vindex Equi Diomedis

Alij etiam vlterius:vſqꝫ ad Antonij tempora:qui trium vir cōſtituende reipu.poſtea fuit:vnde manauit Equus ille Sei anus calamitatis adagio nobilis autor Gellius. Ab iis pręterea genus ducebant Argiui Diomedis equi.de quibus Aeneid.primo Vergi. Nunc quales Diomedis equi.i.num ita feroces vt illi thraces:ad quos originem referebant. Nec omittam ſequens hemiſtichium: quod ex iis nemo:quorum ſententia edita ſit:aſſequutus mihi videtur. Non enim illic Dido interrogat qua virtute:quoue corporis & animi robore ſed quantus.i.q̄ magnus Achilles fuerit. nā ex fabuloſa Lycophronis hiſtoria nouenis cubitis excreuiſſe dicitur. ¶Præſepia.omnia loca clauſa in quibus animalia conſiſtunt.pręſepia dicuntur Vergil.in Apum mentione. Ignauum fucos pecus a pręſepibus arcent. ¶Regis ſanguinei.crudeliſſimi Tyranni.aut intellige per hypellagen præſepia ſanguinea. Ouidius Vt qui Threicij quondam pręſepia regis Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis ¶Diomedęos:Diomedes Tyndam vrbem Thraciæ tenuit:vt Plinius & Capella refert aduerſus hunc tanto diſcrimine pugnauit Hercules:vt Abderitum ſuas delitias deſiderarit equorum furore dilaceratum:a cuius humati nomine Abderam oppidum condidit:vt Hellanicus autor eſt Diomedes autem Tidei filius exciſa Troia Argo profugus nouas ſedes in Apulia captauit Amiſit ſocios in ſui nominis auesconuerſos:vt queritur apud Verg.nec hiſtorię fidem mutauit:vt Seruius autumat.nam & hoc a nonnullis etiam traditur Lycophron de Diomede. πικραν ἑταιρωνεπτερ μενην ιΔωνοι ονομικτον.μοιοαν.ideſt Triſte ſuorum comitum qui vidit Fatum:quosſumptis tulit aura pennis:ecce Diomedes ſuorum cladem ſpectaſſe dicitur. Nec inficior ab aliis poſtquam Diomedes ab humanis exceſſit:rem geſtam ſcri.ſed & ante. Facto ad inſulas naufragio:vt inter naturæ miracula retulit Ariſtoteles.

Equus ſeianus.

Ver.locus

Achillis proceritas.

Præſepe.

Abderitus

herculis puer.

Abdera ciuitas vnde

Ver. locus Diomedis aues.

Tum patriæ feſto lætatus tempore vates

Deſuetæ repetit fila canora lyræ

Et reſides leni modulatus pectine neruos

Pollice feſtiuo nobile duxit ebur.
Vix auditus erat: venti ſternuntur & vndę.
Pigrior aſtrictis torpuit Hebrus aquis.
Porrexit Rhodope ſitientes carmina montes,
Excuſſit gelidas pronior oſſa niues.
Ardua nudato deſcendit populus Aemo:
Et comitem querquum pinus amica trahit:
Cyrrheaſq; dei quamuis deſpexerit artes
Orpheis laurus vocibus apta venit
Securum blandi leporem fouere moloſſi:
Vicinumq; lupo prębuit agna latus:
Concordes varia ludunt cum tygri de damę.
Maſſylam ceruinon timuere iubam.

¶Tum quō Thraciā luſtrauit Hercules. ¶ Vates: Orpheus qui
Letatus. mira ſuauitate refertū carmē ſcripſit ¶Lætatus. gauiſus. Ouidi⁹
lætata corpora dixit extincta. ¶ Feſto tempore cōmuni lætitia.
¶Patrię. thracie nā thrax Orphe⁹ e Sithonia fuit: autoritate Pli
nij & capellæ notiſſima ¶Repetit. vt intermiſſa. ¶Fila canora ly
re argutas Cytharæ chordas, tametſi differt a lyra Cythara. vt in
Tibullū dictabimus. Deſuetæ qua diu non erat vſus. ¶ Pectine.
Plectro: Ver. Et pectine pulſat eburno. ¶Ebur. Eburneū pectinē
vel ipſā lyram Papi. Humeroq; comanti Facundū ſuſpēdis ebur.
Nobile vel operis argumento: & manu artificis: aut Orphei fama
¶Venti. Magna Orphei laus ab obſequio ventorum: qui violen
ti ſunt & inexorabiles atq; ita oſtendit nullū tam immite tāq; aſ
perū pectus eſſe quod non muſicæ delinimentis, capiatur. ¶Ster
Hebrus. nuntur ponunt. ¶Vndæ maris Hebrus thraciæ fluuius autore
Mella cuius nuptias Abaris e Scythia vates carmine celebrauit
pluuijs ac liquefactis anni tempore niuibus intumeſcit ideo Iouis

filius dictus in hymnis ab Homero: quõ cæteris amnibus pater Oceanus tribuatur. Cautus adhebri ripas exercuit Orphe⁹: eiuſq; diſcerpti caput illuc abiectũ eſt & in Leſbũ delatũ: vbi nauigãtib⁹ in troiam græcis: & poſtea regi Cyro reſponſum dedit plura Philoſtratus in Heroicis. ℂ Pigrior remiſſo curſu vt Orphei cantu frueretur. ℂ Torpuit ſtupore defixus pene conſtitit. ℂ Aſtrictis cõgelatis. ℂ Rhodope. De Rhodope thracio monte repete quæ ſupra diximus. ℂ Porrexit montes. A brutis animantibus ſumpta metaphora: quæ vt clarius auſcultẽt auriculas arrigunt. id a natura negatum nobis eſt nam figurate dixit Terent. Arrige aures pamphile non ſecus ac Verg. Arrectiſq; auribus aſtant. ℂ Mõtes ſitientes carmina cupidos audiendi cantus. ℂ Oſſa de qua poeta theſſaliæ mons Pindo proximus alter Italiæ cuius meminit. Metrodorus. ℂ Populus ex arboꝝ genere vulgo nota. Spectatiſſime vites in amniũ ripis Ouid. Populus eſt memiui fluuiali conſita ripa. ℂ Ardua procera. Naſo populus alta Comas. ℂ Deſcẽdit. Orpheũ ſequuta. ℂ Nudato detecto ſublatis arboribus. ℂ Aemo thraciæ monte in quem Scytharum Rex Aemus ex homine mutatus eſt: quom deos aſpernaretur: vt canit Ouid. Eiuſdem filius Eridius in põto nomen amni dedit: qui commodiore poſtea verbo dictus Iris eſt autor Arrhianus Aemum Stephanus: aut hũc: aut aliũ monti cognominem Borea patre genitũ prodit ℂ Querquũ ℂ Berecynthiæ ſacro querquus erat: vt de dijs ſcribens Apollodorus in. iij. refert cauſam percurrit Callimachus. ait. n. Cybelem Iouis partu ſolutam qua confertiſſimis querquubus Arcadia denſaretur nam querquus in tota Arcadia tanta copia proueniunt vt eius regionis incolæ. Appollinis oraculo ſpartanis reddito: glanditiori dicti ſint. quod Epitomatis hiſtoriarũ primo ſcribit Lepidus ℂ Amica. ſ. querquui. nam vtraq; in tutela Cybeles eſt vt ante de pinu docuimus: ℂ Laurus in quam migraſſe. Daphnem fabulæ tradunt: & Naſo. ℂ Venit apta. propius acceſſit: Verg. Stellis ardentibus aptum aut apta facilis: quom phœbi gratiam contempſerit: atq; ita præponit Orpheum Apollini. ℂ Orphei vocibus Non Orphei paterno caſu ſed Orpheis numero multitudinis & forma poſſeſſiua legimus: vt Syllabæ ratio conſtet vt in illo Martialis venit ab Orpheo cultos rhodopæius Aemo. Deſpexerit hoc ait propter Daphnẽ quæ Phœbi concubitum fugit notiſſima fabula de qua nos in ſequentibus copioſe. ℂ Arces atq; laurus

Orphei caput rñſa dabat i Leſbo

Hem⁹ mõs

Eridius fluuius qui et Iris.

Querquus

Berecynthie.

Sacra. Arcades glandiuori

vt plinius autor eſt:in parnaſſo ſpectatiſſime viret.proinde tu le= gas artes:& ad muſicæ ſtudiũ refer:quo deus puellã ſibi concilia= re nõ potuit. ¶Cyrrheas. Apollineas.cui Cyrrha vetuſtiſſia pho cidis vrbs ſacra:fuit:vt ſcribit Strabo.Papin.in Epicedio patris. Neq.n.antra mouere Delia:nec ſolitã fas eſt impellere Cyrrham ¶Moloſſi.canes ex epiro preſtantiſſimi mittebãtur:ab Oratio cõ mẽdati.Theopõpus epirũ in.xiiij.gentes diſtribuit:& in ijs Chao nes:& Moloſſos preſtare dicit.¶Blandi.ludibũdi.¶ Fouere.cõ plexu.¶Securũ.maxĩa laudis Orphei amplificatio p hyperbolẽ q animal oĩm timidiſſimũ lepus:depoſito naturali pauore:canib' & quidem venaticis vitam crediderit.Agna non imbelle tantum pecus:ſed etiam eius ætatis & ſexus qui ſolet eſſe formidoloſior ¶Lupo animali ſuo generi infenſiſſimo.Oui.Pax erit hæc nobis donec mihi vita manebit.Cum pecore infirmo que ſolet eſſe lupis ¶Damæ.ſylueſtres capreæ.Papi.in Achille timidos paſſ' me cu ſpide Damas ſternere.Verg.Ecce feræ ſaxi deiectæ vertice capre ¶Concordes.tunc alioqui natura fugaces & que non niſi ſui ge neris animãtibus inſueſcant ¶Tygride.Tygres hyrcani atq indi ferũt:ſed in hyrcania ferociores ſunt:vt ſcribit Plin.& alibi nos ẽt dictabimus.¶Varia.ex oĩ fere beſtiarũ gñe ſole Tygrides & Pã theræ macularũ varietate ſpectantur.inde Maro.virgatas Tygres appellat.meminit & Solinus. ¶Maſſylam iubam. Maſſylos Aphricæ contribuit Apollodorus:eoſdem Polybius in.vij.hi= ſtoriarum Maſſules mutatis ſyllabis appellauit.inde Leones in ſigni magnitudine mittebantur propterea Martialis quom vult ingentes & generoſos leones indicare :Maſſyli generis eos eſſe dicit.¶Canebat.recte:nam vates erat & muſicus.

Cyrrha. Moloſſi Damæ. Tygres maculoſe. Maſſyli. Maſſules.

Ille nouercales ſtimulos:actuſq canebat

Herculis:& forti monſtra ſubacta manu.

Qui timidæ matri præſſos oſtenderit angues

Intrepiduſq fero riſerit ore puer.

Te neq dictæas quatiens mugitibus vrbes

**Taurus:non ſtygij terruit ira canis.**

¶Nouercales ſtimulos quibus in Herculē Iuno excitabatur:vt ē
apud Snecā:vel erūnas intelligit:quas Hercules a Nouerca per
tulit.ſumpta a bobus trāſlatione:quos inter arandū coloni ſtimu
lis increpant eſt autem ſtimulus haſta ferreo mucrone præfixa·Ti
bull.aut ſtimulo tardos increpuiſſe boues.¶Monſtra immanes
feras & crudeles·Tyrannos:quibus nihil monſtruoſius.¶Suba=
cta.domita.Manu forti.magna virtute.Nam pręcipua vis homi=
nis in dextra eſt:inde inſtitutū:vt eandē fidei pignus porrigam⁹
autor Callimachus &.M.Varro.Qui.quomodo.Oratius.Quifit
Mœcenas.¶Preſſos angues.ſerpentes quos Hercules a Iunone
immiſſos apprenſis vtriuſq; faucibus extinxit in cunis.autor.Dio
dorus.quod exprobrat apud Ouidiū Deianyra:Tene ferunt gemi
no preſſiſſe tenaciter angues.Cum tener in cunis iam Ioue dign⁹
eras.¶Timidæ matri.Alcmenę:que viſis anguibus exanimis f
git.Antimidā magis dixit:q; Herculem initio expoſuit:indigna
tionē Iunonis verita:vt ſcribit.Diodorus:vtrūq; cōuenit.¶Preſ
ſos eliſos.¶Puer.infās:& in cunis.Intrepidus.ſecurus & iperrit⁹
¶Ore fero.truci vultu.¶Te neq; dictęas.elegāter a tertia perſo
na ad ſecūdam poeta tranſit imitatione Vergilij:qui laudes Her
culis canēs idem facit.vt duros mille labores Rege ſub Euryſtheo
fatis Iunonis iniquę Pertulerit:Tu nubigenas inuicte bimem=
bres.reliqua illic.¶Taurus.is agrum cretenſem:vbiq;.ſed ad
Tethrinem fluuium potiſſimum vaſtabat.quem Indigenę a Ne
ptūno ſibi.immiſſum aiebant.Quod.Minos qui maris imperiū
teneret:nullo pręcipuo honore deum coluiſſet.inde in pelopone
ſum delatum taurum:vnunq; fuiſſe Herculi inter duodecim cer=
tamina.Sed vbi in campos argiuos demiſſus eſt:fugiens per Iſth
mum Corinthium in Atticam peruenit:ad populum Maratho=
nium:& alios:in quos ex curſu incidit:deniq; Androgeum Mi=
nois filium necatum. Ex Marathone deinde Theſeus in arcem
taurum egiſſe:deæq; immolaſſe.dicitur.hiſtoriam narrat Pauſa=
nias. ¶Vrbes dictæas Cretam.ab eius inſulæ promontorio.
Dicte.Reprenditur a Strabone Aratus qui dictum vocat:& Idæ
proximū ſtatuit.nam Agathocli fœminino:tm̄ genere dicten:di
ci placet a τικτω verbo græco:q; illic Iouē deū mr̄ edidit aſſertiōe

Herculis geſta.

Taurus cretenſis ab Herc.ſublatus.

Androgei mors.

Taurus marathonius.

Dicte. Iouis cunabula.

Cretenſium:de Iouis puerperio:audacter cum̄ Arcadibus conten dentium.noto Callimachi carmine:qđ alibi recitabimus ibidem puerili ſpecie Iupiter effictus erat:vt qui cognomento Anxurus in campania colebatur:vt eſt apud Vergilium. ¶ Canis ſtygij pe

Iupiter Anxurus.

riphraſis cerberi:cui nomen Homerus quidē non dedit ſed.αΔου tantum κυνα.i.inferni canem vocauit. quod hic expreſſit Clau. Heracleæ propinquus in ponto ſpecus eſt Acheruſius:quam fora minis cæci profundo aduſq; inferna patere conſtans apud acco

Cerberꝰ ab inferꝭ tractꝰ

las fama eſt.Hinc ab Hercule cerberus in lucem tractus dicitur. Arrhianus Aconiti:gramen inquit prius erat innoxium:deinde cerberi ſpuma contactum veneni vim traxit : quod perniciem Cimmerijs attuliſſe accepimus.ijs quom patrio more cibus eſſet humi pabulū:guſtato Aconito internecino mortis genere extin cti ſunt inde non illepide quidā Rhetor iocatus in Herculem per

Aconitū cur venum.

hibetur.Nihil hoc nomine mortales ei debere:ꝙ ab inferis extra xit cerberum nam ſuo fato iam functis:apud inferos:obeſſe non poterat:hic autem diram viuentibus herbā reddidit.Heraclea Ta ranti præterea nomen fuit ab Hercule qui Tarentinos bello do mitos in poteſtatem redegit autor in naturæ miraculis Ariſtote

Iocus in Herculem

les.Hoc alieno dixiſſe loco fraudi non ſit : in Maronis gratiam qui Tarento dedit epitheton ex hac hiſtoria Hinc ſinus Herculei

Tarentum cur Herculeum.

(ſi vera eſt fama)Tarenti.non interponit iudicium ſuum poeta: non neſcius hoc vt fabuloſum inter ea quæ fidem non capiunt: Ariſtotelem conieciſſe.Si quibus autem commentitia nec vlla ex parte accommodata. *Seruij* ſententia placuerit ijs equidem pla

Ver.locus

ceat nec ne noſtra:non ſatis laboro.Condonetur & hæc Appen dix Ouidio cuius carmini tenebris(vt aiunt)Cimmerijs obuolu to.lucem dare tentauimus.*Scribunt* ex grecis nonnulli fuiſſe quē dam adeo meticuloſum:vt ad Herculis nomē expauidus perhor reſceret:qui ſe ſatis tutū vix crederet etiam quō profundiſſimam ſpecum ſubiſſet.vnde prolato interdum capite:quō Herculem for te conſpicatus eſſet obduruit in ſaxum quod παρασκυπτουτα ve tuſtas appellauit id apud nos ex occulto ſuſpiciens interpretatur. atq; in prouerbium formidinis & quidem nimie conceſſit : vt in ſuidę monumentis legimus & apud Zenobiū.Huc adeo ſpectant Naſonis verſus ex x. metamorph. Non aliter ſtupuit gemina nece coniugis Orpheus:Quam tria qui timidus medio portan te catenas Colla canis vidit:quē non paruor ante reliquit.Quam

natura prior:ſaxo per corpus oborto. Nam quod hoc Ouidius de
ſignet ſatis indicat verbum. Timidus:ex adagio loco nominis po=
ſitum quod apud græcos etiam non extabat. id autem ſic in ora=
tionis ordinem venit. Non aliter ſtupuit Orpheus:q̄ timidus qui
vidit &c. Nec illud te moueat a Suida Zenobioq̃ mentionem
Cerberi prætermiſſam:quam facit Ouidius:nam potuit Ouidius
apud alios autores hoc legere:vel ipſe comminiſci. vt hiſtorię co=
lorem daret. nam mendacio propius videbatur hominē hoīs aſpe
ctu obriguiſſe. ideo gręcā fabellā romana grauitate temperauit.

Ouidii car mē explica tum.

Non leo Sidereos cæli rediturus ad axes:

Non Erimanthæi gloria montis aper.

Solus amazonio cinctus Stymphalidas arcu

Appetis:occiduo ducis ab orbe greges.

¶Non leo. vaſtus hic & immanis leo fuit:& q̄ armis domari nō
poterat. Hercules obſeruato ſpelūcę aditu:egredientē cōprendit:
& ſtrangulauit autor Diodorus. ¶Rediturus. exquiſite. nā cęli=
tus a lunę corpore lapſus eſt. vt ex fabula ſcribit Theon:in mōtem
ꝑpe Nemean. quē Callimachus atq̃ Pindarus ab ipſius Ferę ca=
ſu apeſanta vocant. Nā Pytagoras eiuſq̃ familię philoſophi:do=
mos:agros:ſyluas:ſaltuſq̃ gerere lunā dicūt:& in iis quindecies
maiora q̄ quę naſcuntur apud nos animalia. ideoq̃ orbe medio
lunam maculoſo plerūq̃ cerni Diodori interpretē decepit ana=
logia:qui gręce verba de hoc ipſo leone:ita tranſtulit. Verſabatur
inter Mycenas ac Nemean ſyluā circa montē quem a caſu Trito=
nem dixerūt tu vero ſcribe quē ab effectu gręci nominis Treton
dixerunt. i. perfoſſum. nam τρητον in gręcis Diodori codicibus:
non τρητον Legitur. Idē leo Bembinites a Panyaſi Heracleę pri=
mo dicitur a Bembino vrbe Nemeę cuius & Hellanicus memi=
nit ſed aliȷ Bembinam ſcribunt. ¶Ad axes cæli:Nā Iunonis be=
neficio:relatus eſt inter ſidera. vel in Herculis grā꜡ q꜡ eius primū
certamē fuit vt refert Higynus. ¶Aper:hic & Calydonius:eadē
ſue nati ſunt. Scroæ nomen Phæa. ſed a Cromyone Corinth. pa=
go:vbi diuerſa eſt:Cromyonia vocitatur:vt tradit Strabo. hanc
ſuſtulit Theſeus:vt eſt apud Plutharchum. Meleager Calydoniū
Hercules Erymanthæū. Superiora ſcribit Phauorinus. ¶Gloria

Leo Nemeus a lūc globo. apeſas. mōs vnde

Diodori locus.

Bembinites leo. Bembina vrbs.

Leo cur in celo.

aper Ery manth. aper calyd.

montis erymāthæi. vnde nomē aſſequutus eſt Erymanthus mō s
& amnis arcadiæ fluuium celebrat in Iouis hymno Callimachus:
animūq; candidiſſimū vocat. Montē Solinus & Euſtathius. Leo
nes qdē nullos: ſues vero multos. & pręcipuæ magnitudinis illic
naſci ex autoritate Stephani canit Homerus vt is quē Hercules:
vt ferunt fabulæ: ſublatum humeris argos detulit: & in medio fo=
ro cū ſūma ciuium trepidatione dimiſit: & in primis Euryſthei: q
p̄ timore vas æneū ſubiſſe dicitur historiā fabulę ꝑpriorē refert

Cromyōia ſus.

Diodorus & apollonius in argonautico. ¶ Solus. abſq; vlli⁹ ope
vel vnus oīm: quū certamen cæteri detrectarent. ¶ Cinctus arcu.
ſuſpenſo ex humeris arcu. atq; ita innuit: ſtymphalidas non vi ſed

Erymāthus fluuius & mons.

arte domitas. ¶ Amazonio. Scythico. amazones. n (quod ſcribit
pherecydes) tris in agro Diantis vrbes Scythiæ tenuerūt. Lyca=
ſtiam: Themiſcyrā: & Chalybiā. porro Teutarus a quo iaculatiōe
inſtitutus Hercules accepit arcus. amphitryonis bubulcus & ſcy=

Herculis arcus. amazones

tha fuit: vt legimus apud Lycophronē Alij malunt Eurytum: ſeu
potius Rhadamanthum: cui mortuo amphitryone: vt Pluta. ait:
alcmena nupſit: Herculē ſagittis vti docuiſſe. Sunt q cū Baltheo
detractū credant amazoni: quā Rhodius apollonius Hippolytē
nonnulli Diſlycen: & vnus libicus nouam commentus historiam

Teutarus amphitrionis bubulcus.

Briario natā refert. An magis arcus ſcythicus ideo dicitur: q eū
Iouis filius Scythes: idem qui ſagittas inuenit vt ſcribibit Plini⁹?
& alibi Claud. a parte totum. Scythicum pelagus amazonium no
minauit accipe (ſi placet) & aliam ſententiam: vt appetis arcu le=
gas: & cinctus abſolute. nam cinctus expeditus & ſtrenuus: vt
contra diſcinctus mollis & effœminatus dicitur: ¶ Appetis vul
neras Diomedes apud Verg. Cæleſtia corpora demens appetij;
Nouauit autem Claudianus historiam: quo virtus Herculis am=

Rhadamāthus Herc. victricus. amazō ab

plior appareret. nam Stymphali volucres nullo accepto vulnere:
in aretiada: quam Martis inſulam poſſumus interpretari: migraſ
ſe teſtis eſt apollonius quippe quæ ferreas (vt aiunt) pennas & te
lis imperuias haberent: vt Timagnetus: & Eurypides in Phryxo
tradit: qbus inſequētes hoſtes (vbi liberet) nō aliter q̄ ſagittis im=

Hercu. ſpoliata. appetere

peterent: id quod alibi Claud. exēplo Histricis q idem facere dr:
fabuloſū nō eſſe cōfirmat. audierā memorāde tuas ſtymphale vo
lucres Spicula vulnifico quōdā ſpſiſſe volatu. Nec mihi credibi=

Stymphali

lis ferrate fabula pennę viſa diu datur ecce fides: reliqua (quō vo
les) apud eū leges. ¶ Stymphalidas. Stymphalo: cui⁹: & Homer.

meminit oppido in arcadia ꝓximã paludẽ tenuerunt aues quas ab eo Stymphalides plærięꝗ vocãt. Charon & Seleucus in miſcellaneis: ꝙ in aquis degerẽt Ploidas: id apud nos Natrices expreſſerit. Mnaſæas vero ꝓpriam ſcribit hiſtoriã ait. n. Stymphali heroicæ virtutis hominis & Ornithæ puellę fuiſſe filias: ab Hercule extinctas: ꝙ eius hoſtibus intra vrbẽ receptis: portas ſibi clauſerant. Pherecydes aũt volucres vero putat: Aenææꝗ tabulæ ſonitu. ab Hercule pulſas ex arcadia trucidataſꝗ vt ſuperior illa lectio appetis arcu: hac autoritate defẽdi poſſit eandẽ tabulam Pherecydes Crotalũ græce dixit opus vulcani: quod a Minerua Herculi datũ ferunt Aliis placet ab ipſo Hercule fabricatũ quibus accedit Hellanicus hinc æriſonus ĩ Thebaide Papini Stymphal⁹ ¶ Ducis greges Geryonæ pecus intelligit. quod Diodor⁹ deꝗ venatione ſcribens Oppianus: & alij plerięꝗ omnes: ab Erythea ab actam dicunt Ouidius Prodigiũꝗ triplex armẽti diues iberi: Geryonis q̃uis in tribus vnus erat. Hecatæus vero cõtendit: Geryonem: cuius armentum predatus eſt Hercules: nihil ad iberiam pertinere. ſed ambraciã regno tenuiſſe quod affirmat etiã arrhianus: argumẽto taurorum: quos multos & inſigni magnitudine in epiro ſe vidiſſe ꝓfitetur. Lycus vero Rhegynus Epiroticos a Geryonæis manaſſe ꝓdit: quos Herculi per epirũ trãſeũti Larinus noie buſſequa ſurripuerit: ſiue (quod vero ſimili⁹ Proxeno videtur) Hercules ipſe Ioui Dodoneo cõſectarit. vnde ſint boues Larinæi: quos apollodorus: a Rhegino lyco diſſentiens: nõ a cuſtode ſed a ſagina vocatos autumat larinꝯos quaſi dixeris altiles. alij quoniam magnas habeant nares: cuiuſmodi in tota fere Epyro ſpectari tradũt. Ab orbe occiduo ab Erythæa inſula Oceani cui nomen dedit Erythæa Gerionis: vt eſt apud Pauſaniam. In ea pabuli tãta leticia eſt: vt niſi abſtinentia interpellata ſagina fuerit pecora rumpantur. inde armenta Geryonis: quę illis temporibus ſolæ opes habebantur: tãtæ famæ fuere: vt Herculẽ ex Aſia prædæ magnitudine illuxerint Alexãder Epheſi⁹ & Euphorion Herculem in Erythæam Aenea pelui traieciſſe canunt.

bũ ferree penne.

Stymphalides vnde.

Ploides
Crotalum

Geryõ vbi regnauerit

Boues in Epiro Larinei.

Tergeminiꝗ ducis numeroſos deicis artus
Et totiens vno victor ab hoſte redis.
Non cadere Anthæo: non creſcere profuit hydræ

Non ceruam volucres eripuere pedes.
Caci flamma perit.rubuit Buſiride Nilus.
Proſtratis rubuit Nubigenis pholoe

Geryones quare tergeminus

Antheus puer.

Antheus.

Hydra lernea quid.

Ver.locus

¶ Tergemini ducis.Geryonæ quē tricorporē fuiſſe tradunt qđ ideo fictū eſſe ſcribit Trogus.qm̄ tres tātæ inter ſe concordiæ fratres erāt:vt vno aīo oēs regi viderētur.Heſiodus ait eūdē Chryſaore pr̄e natū ex Oceani filia Callirhoe. ¶ Totiens.epiphonema vt illud Vergilianū Tantæ molis erat Romanā condere gentem qđ obſeruauit:& docuit Quintilianus. ¶ Antæo. Antheus flatilſ T.filius fuit Antenoris:quē Paris amauit:& īprudēs interfecit:vn̄ ad declinandā cædis inuidiā:ſpartē confugit ad Menelaū.quod apud Lycophronē legimus:idē nomē in Aeneida Ver.tranſtulit Antæus alter abſq; aſpiratione.Neptūni filius ex Terra ſuſceptꝰ ſexaginta cubitis adoleuit:vt autor eſt Pheredes:id diu fabuloſū viſū eſt:anq̄ ſuprema eius oſſa Olympiā allata miraculo fidē foeciſſent.Plut.ait Romanoꝝ ducem Sertoriū.apud Tygenā oppidū libyæ:effoſo ſepulcro qđ incolæ Antæi dictabant:eius quam diximus molis humanū cadauer inueniſſe. ¶ Nō ꝓfuit non opē tulit:quo minus ab Hercule altius ſublatus necaretur. ¶ Cadere: nā cōtacta terra vires reparabat:validiorq; a matre reddebatur qđ quō aīaduerteret Hercules ſublimē domuit.Iuuenal.ceruicibꝰ æquat Herculis Antæū procul a tellure tenentis Palephatus(qđ Euſebius ēt legit)huic fabulæ locū datū putat qꝫ eſſet īplicandis explicandiſq; humi nexibus in paleſtra peritiſſimus: ¶ Hydræ. excetra latine dr̄ Lernæ paludis monſtrū quā ſimonides nonagīta ceruices habuiſſe canit.Alcæus quinquaginta ex qbꝰ ſiqua am putarētur duæ renaſcebātur.hāc Hercules adiutus ab Iolao ſuperauit:q reciſū continuo caput ſubiecta flāma inurebat: Herculis iuſſu:vt ē apud Heſiodū.Stra.Hydrā fuiſſe ſcribit.Lernā paludē quā Hercules ſiccarit.Alij cū Platone Sophiſtā q̄ prepoſita quęſtione Syllogiſmoꝝ captionūq; laqueis catenatim ſuborientibus mortales inextricabiliter implicaret ab Hercule deniq; ſuperatā Nō creſcere nā cæſa capita numeroſius pullulabant. ¶ Non eripuere.quin caperetur. ¶ Volucres.pedes plantæ pnices.Ouidi. Crura nec ablatis ꝓſunt velocia ceruis.Eandē Verg.appellauit Aeripidē:q̄ſi curſu cū ventis certaret.q̄q̄ cōplexionē nō agnouit

Apronianus:q̄ legit Aeripedem:habentē pedes ex ære ſolidos:& inde fatigabiles. ❡Ceruā.cornibus aureis inſignis ea fuit:vt canit Pindar⁹:a grāmaticis tñ nota tur:q̄ in hoc aiātiū genere cornua fœminæ non habeant. Sed & hoc ſuo iure poetæ faciūt: qui cornua dant & inulis :vt Anacreon. Quid q̄ nihil impedit:vt ait Zenodotus:pro diuerſo regionis ingenio:nō eundē corporis habitū ceruis informari:poſſūt hic cornua tantū mares habere:alibi etiā fœminæ id quod in Elephātis deprehēditur.in q̄bus vtrūq̧ ſexū dentibus armari nemo nō tradit:At Amyntianus in India fœminas edentulas naſci prodit.ceruas pręterea cornigeras Callimachus appellauit:& hāc ipſam de qua loq̄mur: Bibliothecæ vi Diodorus Hercules eā cæpit:vt alij retibus vt alij ſōno depoſitā vt alij curſu fatigatā. ❡Caci flāma. Sublatus & Cacus eſt Vulcani filius ignem faucibus ſpirās:de quo longū Maronis carmē extat. Is vt refert Cęlius.quō a Tarchonte Tyrrheno:ad quē legatus venerat miſſus a Marſia rege:vna cū Magale cuſtodiæ foret datus vincula fruſtratus ad Marſiā rediit & preſidiis amplioribus occupato circa vulturnū & Campaniā regno:dum tractat etiā ea quæ cōceſſerant in arcadum iura:duce Hercule:qui tū forte aderat:oppreſſus eſt.habitauit locū cui nomen Saliræ.vbi poſtea Trigemina Romæ portū fuit.autor Solinus. ❡Nilus. Aegypti fluuius in Lybia caput tollit:vt Duris autumat:alij conſtituti non habent. Pauſanias ex quorundam ſententia refert. Ex eufrate Nilū manare:qui terra conditus ſupra Aethiopiam rurſus exiens:niſi deniq̧ nomen accipiat.certo anni tempore Aegypti campos inundat:& hymbriū vicē exibet. Quapropter a priſcis Aegyptiis:ſub Iouis appellatiōe & numine colebatur. Parmenes αι Ζευ Αιγυπτιε ξενοσ νειλε, i. Iuppiter Aegypti Nile adhoc nimirū Tibul.aluſit in Genethliaco Meſſalæ:quom de Nilo ſcribens ait. Te propter nullos tellus tua poſtulat hymbres Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. Ex eadem religione Pindarus epitheton Nilo dedit:& Saturnium dixit:vt Iouem deſignaret. Eſt & vrbes ibidem Nilus amnis ipſius ſacra ſedes:vt ſcribens de Aegypto tradit Hecatęus pluribus antea nominibus fluui⁹ dictus eſt:Oceanus. Aegyptus:Aquila: Triton:deniq̧ Nilus a Cyclopis filio cognomine Aegypti Rege cui paternus auus Tātalus fuit.autor Hermippus. plura de Nilo ne (q̄d aiunt) oīa ſub vnā Miconū cōgeramus:in Tibullū dictabim⁹. ❡Rubuit effuſo ſāguine:quē purpureū ſequutus Home.

Ceruæ quam cepit Hercules.

Ceruas cornua nō habet

Defenſus a calumnia.

Pindarus.

Elephantes edentule.

Cacus.

Tarchon

Marſias

Nilus fluui⁹

Nilus egipti Iupiter.

Tibulli loc⁹.

Nilus vrbs.

Nili nomina

Nilus rex.

Buſiris. Ver. appellauit. ¶ Buſiride. cede buſiris is (vt alij) Neptūni filius
ex Libya Epaphi· vt Agathon Samius. ex Anippa ſuſceptus in
Aegypti locis Nilo vicinis Tyrannidē exercuit: Thraſſili monitu:
hoſpites Ioui immolabat: vt pluuias impetraret Hercules ipſū do-
muit: quō ex aphryca in Aegyptū ꝑmearet. eodēqꝫ ſupplicio affe
cit Iphidamātē. Buſiris filiū: Calbim preconē: atqꝫ oēs crudeliſſi-
mi ſacri miniſtros: vt de Nuptijs Iunonis. x. ſcribit Pherecydes.
Amyrus oppidum. Negat Eratoſthenes (qđ etiā Strabo refert) vllū ī Aegypto vnq̄
fuiſſe Buſirim. idqꝫ totum conſictū ait ad indicandā loci in hoſ-
pitalitatē. ¶ Proſtratis rub. nub. pholeo. Qui Amirū theſſalię op
pidū tenuerunt: initio Amyrei: mox Eordi: poſtea Leleges: demū
Centauri q̄ & vnde Hercul' ad verſus cen tauros pugna. Centauri dicti ſunt: vt ſcribit Suidas in Genealogijs. quod ideo
vulgatum Palephatus arbitratur: q̄m primi conſcenſo equo fugiē
tes: tauros ſequuti: ſtimulis increpabant: vnde nomen: ἀπὸ τοῦ
κεντεῖν τοὺς ταύρους: nam eorū terga ꝓſpectantibus equo commiſſa
pholimors videbantur. Eoſdē domuit Hercules: quō in domū Pholi centau
ri impetū facerent: ad odorē vini occurrentes: quod a libero Pho
lus acceperat: vt in aduentū Herculis reſeruaret. ceciderūt in prę-
lio multi: quorum nomina quō voles apud Diodorū leges. Ipſe
pholus quom fratres humaret: ac miratus q̄ tam breuibus ſagit
tis tantæ molis centauros interemiſſet: Herculis arcū tētaret: la-
pſa in pedem ſagitta: hydræ felle tincta extinctus eſt: inde monti
in quo ſepultus eſt nomē permāſit. ¶ Nubigines cētauris. Ixion
(vt Eurypides) phlegea patre natus (vt Pherecydes) Aethone.
niſi Phlegyas & Aethon: vnius hominis duo ſūt noīa: quod non
legi: Sed hoc in alijs vſu plærumqꝫ venit: & Aethonis appellatio
Phlegyæ conuenit: qui enedia apud infero cruciatur: Papinius in
primo Thebaid. torua Ieiunum Phlegiā ſupter caua ſaxa iacentē
Ixion Phelegias Aethon. Eioneus. Nubigene Aeterno premit accubitu: & Aethon auidā famē ſignificat: quæ
nullis vnquam dapibus expleri poteſt: vt ante diximus Ixion (vt
pergit Pherecydes) Eioneum cuius filiam Dian vxorem duxe-
rat: promiſſa Nuptiarum dona repetentem: ſuppoſito tigno ī al-
tam calidi cineris congeriem lapſum necauit: ab hac cæde (quō
cæteris nec aquæ aſperſione: neqꝫ ſuffitionibus: aut dierum nu-
mero tolli poſſe videretur) a Ioue expiat⁹ eſt. Verum is gratiæ pa
rum memor: ad ſtruprum Iunonem prouocauit. dea rem Ioui de-
tulit. eiuſqꝫ cōſilio immiſit nubem: quam pro Iunone complexus
Ixion Centauros genuit: & in is: vt Suidas de rebus Theſſalicis

primo ſcribit etiam Chironem.quom Pherecydes & alij chironẽ Saturni filium ex Oceani Phyllira ſuſceptum tradant.

Chiron.

Te libici timuere ſinus.te maximus Atlas
Horruit:impoſito quom promerere polo
Firmior Herculæa mundus ceruice pependit
Luſtrarunt humeros Phœbus & aſtra tuos
Thracius hæc vates.ſed tu Tirynthius alter

Te libyci timuere ſinus.Iunonis ortos intelligit:hos ingens ad Atlantem Draco cuſtodiebat:& qui ſummo nunquam deponebatur:Ladon ab Apollonio dictus eodem quo Theſſaliæ fluuius nomine.patrem habuit(vt Heſiodus)Typhonem:ex matre terra vt Niſander:vt Pherecydes Echidna.Agrœtas grauiorem ſequutus hiſtoriam de rebus lybicis.iij.ait hunc fuiſſe paſtorem cognomentum draconis ab aſperitate morum ſortitum.cuius inſigni pulchritudine græcos quom Hercules abegiſſet:affinitas nominis fabulæ locum dedit:vt aurea poma ſubrepta dicerentur:quod μηλον apud græcos & ouis & pomi commune nomen eſt. Sinus.ambiguo verbo vſus eſt:& littori ſerpentiſq; flexibus communi:vt anſam daret interpretationi:quam affert Solinus:ait em̃ Aeſtuarium maris eſſe adeo ſinuoſis littoribus turtuoſum: vt procul viſentibus lapſus anguineos falſa vertigine mentiatur. Cæterum præter arbores oleaſtro ſimiles:& aram Herculi ſacrã nihil proferre:quod memoriam vetuſtatis propaget. Libyci libya pluribus antea nominibus appellabatur:Oceania: Eſchatia Coryphe:Heſperia:Ortygia: Ammonis:& Aethiopia: Cyrene Ophiuſa:Cepoenia:Eriaque:vt Polyhiſtor Alexander autor eſt. Demum libya ab Epaphi filia cognomine: Aphryca.ab Aphro Libys Herculis filio dicta eſt :vt quorundam ſententia tradit Solinus. Te horruit.perculſus obſtupuit. Atlas.ad hunc profectus eſt Hercules:quom didiciſſet a Nereo:ſe malis Heſperidũ nunquã ppiturum :ſine Atlãtis ope.ſed dũ Atlas Herculi opam nauaret:ipſe cælũ ſubijt quoq; cõfecta re cælũ receptus Atlas nõ

Serpẽs heſperidum. Ladon. Horti heſperidum.

Libya vñ ꝛ qbus antea noibus appellata

Hercules celum ſuſtinet.

videretur: Herculis aſtu eluſus eſt impetrat vt ille tandiꝰ cęlo ſuccedat: quoad ferendo oneri puluillum ſibi aptaret atq; ita correptis malis quæ proiecta humi iacebant. eveſtigio victor abijt. hæc ex Pherecyde de nuptijs Iunonis. x. hiſtoriæ tamen veritas habet hoc.

Atlas aſtrologie primus inuentor.

Atlas (vt Xenagoras autor eſt) siderũ rationẽ primus inuenit. a quo edoctꝰ Hercules: ita ſecũdas tulit: vt a primo fere nõ abeſſet. mox grauioribꝰ ſtudijs auocatꝰ cælũ ideſt aſtrologiã Atlanti remiſit. ¶Maximꝰ hoc illi Epitheton dedit etiam Verg. Cecinit quæ maximꝰ Atlas nam ingẽti corporis indole fuit: vt canit Naſo. Hic hominum cũctis ingẽti corpore preſtãs Iapetioniades Atlas fuit. ¶Quom premerere polo. impoſito quõ ſuſtineres iniectum cælum.

Celum Mundus

Herculis ſtatura

¶Mundus Cælum. Plinius. Mundus & hoc quod nomine alio cælum appellari libuit. ¶Pependit. incubuit. ¶Firmior. q̃ ſuppoſito Atlante. ¶Herculea ceruice. humeris Hercules autem quattuor cubitis & pede longior fuit: vt Heraclides ponticus ſcriptum reliquit Herculis vero ſtaturam qua ratione Pythagoras deprehenderit: Gellius ex Plutarcho refert. ¶Phœbus. Sol. ¶Et altra. ſidera. quæ complurium ſtellarum ſignum aliquot cõſtituant. ¶Luſtrarunt. pererrarunt: & ambiuere ¶Tuos humeros quibus fulciebantur. ¶Hec ſubaudi cecinit. ¶Thracius vates Orpheus:

Florentine mihi: nam mea plectra moues.
Antraq; muſarum longo torpentia ſomno.
Excutis: & placidos ducis ab ore ſonos.

Florentinus inſigni liberalitate vir

¶Sed tu Florentine. hic ætate Claudiani: bonos omnis qui opibus indigerent liberalitate proſequebatur. verum (ni fallor) temporum rationẽ ſecutus ab ijs diſſẽtio: qui Florẽtinum hunc eſſe tradunt: ad quem Sidonius ſcribit: quom Sidonius & Claudianus: eadem tempeſtate non claruerint vt in poetæ vita teſtati ſumus. Multo vero minus ferẽdi ſunt ij qui Florentinum non viri propriũ ſed gentile nomen exiſtimant: & inde Florẽtinũ fuiſſe poetã ſuſpicantur.

Tirynus

¶Mihi. ſ. es. ¶Alter Tirynthius. Hercules Tiryns oppidũ peloponeſi: Hercule ciue: & Homeri præconio nobile. nomen a Tirinthe alcei filia: ſorore Amphitrionis Aliea prius dicebatur a piſcatoribus: qui frequẽtes illuc conueniebant.

¶Antra. ſpecus vt Corytiũ: cæteraqꜫ. ¶Muſarũ. Muſarum duo genera celebrat Muſæus alias ſub ſarturno maiores natu: alias Iouis & Memoriæ filias. ¶Torpẽtia. ignauo quodã veterno ali ligata. ¶Longo ſomno diuturna ceſſatione nã diu ante ſcribẽdi ſtudiũ poeta omiſerat. ¶Excutis. ad carmẽ prouocas. ¶Ducis. extrahis. ¶Sonos. cãtus ¶Placidos ſuaues an potiꝰ placidos quoniã nullũ maiorem homini fructũ: benigna muſarum cõſuetudo afferre poteſt: vt ait Plutarchꝰ q̃ ſtudio ac diſciplina mãſue factam naturam vt inde humanitatis hæc ſtudia memorentur. Muſe

## ¶IN SECVNDVM CLAVD. DE RAPTV PROSERPINAE ARGVMENTVM.

Poſtera quom primo nituere crepuſcula Phœbo.
Fraude Dionæa riguos Proſerpina Saltus.
(Sic parcæ iuſſere) petit: confiſa ſororum
Præſidio. famulæ longo poſt ordine Nymphæ.
Itur in æterno veſtitos gramine campos.
Et prima ſub luce legunt: quom rore ſerenus:
Albet ager ſparſoſqꜫ bibunt violaria ſuccos.
Sed poſtq̃ medio ſol altior aſtitit orbe.
Ecce polum nox atra rapit: tremefactaqꜫ nutat.
Inſula Cornipedum fremitu: curſuqꜫ rotarum.
Diffugiunt Nymphæ. rapitur Proſerpina curru
Imploratqꜫ deas verum reuerentia patris.
Obſtitit auxilio. nam Iuppiter Aethere ſummo
Pacificas rubri contorſit fulminis alas.
Confeſſus generum Stygiaqꜫ hymenæus in aula

Perſonat: & læti peragunt conuiuia manes.

¶M. Antonius Rubrenus Mediolanenſis Patritius Adoleſcens: & Iani Auditor: ex ipſius poetæ verbis cõtexuit.

## ¶LIBRI SECVNDI PERIOCHA.

¶Illuſcente iam die: quæ noctem ſuperius a poeta deſcriptã ſequuta eſt: Proſerpina ſuaſu Veneris in campos Ennenſes egreditur: & ſecũ Diana: Pallas: & Nymphæ quas ſtudio legẽdi flores vibonẽ vſqꝫ progreſſas ĩ agrũ Brutiũ ſcribit Strabo. quod qui fieri potuerit. intercedente rapidiſſimo freto: non plane video, niſi forte Siciliam (quod non legimus) ab Italia per id tempus nondum auulſam aut illuc diuinitus aduolaſſe accipimus Claudianus: extra Siciliæ fines rem non producit: Ipſũqꝫ Plutonem quatuor equoꝝ curru vectum hauſta luce: ex cõpoſito liberam rapuiſſe ex agro Ennenſi: ſecumqꝫ ad inferos aſportaſſe narrat: vbi Nuptiæ publica manium lætitia celebrantur.

## ¶CL. CLAVDIANI DE RAPTV PROSERPINAE LIBER SECVNDVS.

IMpulit Iunios præmiſſo lumine fluctus.
Nondum pura dies. tremulis vibratur in vndis.
Ardor & errantes ludunt per cęrula flammæ
Iamqꝫ audax animi: fideiqꝫ oblita parentis
Fraude Dionæa riguos Proſerpina ſaltus

(ſic parcæ iuſſere) petit. ter cardine verſo
Preſagæ cecinere fores. ter conſcia fati
Flebile terrificis gemuit mugitibus Aetna:
Nullis illa tamen monſtris: nulloqꝫ mouetur
Prodigio: comites greſſum iunxere ſorores.
Prima dolo gaudens & tanti conſcia furti
It Venus: & raptus metitur corde futuros.
Iam durum flexura chaos: iam Dite ſubacto:
Ingenti famulos manes ductura triumpho.

## ¶ AIANI PARRHASII: IN CLA: DE RAPTV PROSERPINAE COMMENTARIVS SECVNDVS

DIES nõdũ pura crepuſculũ: q̃ dubia lux eſt: in cõfinio noctis & diei q̃uis aliter Seruius ¶ Impulit. nã incũbentibus ponto radijs tremulis & coruſcis: ipſæ vñ ſpectantiũ opinione moueri videtur: ad antelucanos etiã ſpiritus referri poteſt: quos oriẽs ſol ex auris ꝓcreat: ex quo dictos a græcis euros putat Vitruuius. vt ab hmõi vẽtis excitati maris motũ ſoli in quo vẽtoꝝ cã ẽ poeta tribuerit. non fugit hoc doctiſſimũ poetã Catul. cuius carmẽ eſt hoc. Hiqualis flatu placidũ mare matutino Horrificãs Zephyrꝰ ꝓcliuas icitat vndas Aurora exoriẽte: vagi ſub lumina ſol' ¶ Fluctꝰ ionios vndas maris Ionij: qđ Adriatici ps ẽ vt ſtrabo docet & pauſanias Ionio nomẽ dedit Ioniꝰ Dyrrachij filiꝰ: quã imprudẽter a ſe occiſũ ĩ mare ꝓiecit Hercules vt defũcti memoriã ꝓpagaret autor Appianꝰ ¶ Præmiſſo lumine ꝓfuſis radijs. Ardor. fulgor ſol'. alioqn eſtꝰ mane nõ ẽ ¶ Vibratur tremit. ¶ Vndis tremul' criſpãtibꝰ q̃les repcuſſo ſole videmꝰ aut quõ leuis aura ſũmas

Euri vnde

Ioniũ mare

Ludere
Alludere

aquas perſtringit. aut eſt hypallage:& erit ordo Ardor tremulus.
¶Errantes.vagæ.¶Ludunt agitātur Catullus in Epithalamio
Thetidis Fluctus ſalis alludebāt.Ouid.& in alludentibus vndis
Sūma pedū taloq; tenus veſtigia tinxit.¶Audax animi.græca fi
gura:in qua frequēs eſt Lucretius & Silius.ſed & Verg.O preſtās
animi iuuenis.Oblita.immemor.¶Fidei parētis quā matri de-
derat.nam recepiſſe debemus accipere.ſe per eius abſentiā domo
non egreſſuram.¶Fraude dionæa.dolo veneris.quam Iuppiter

Dione
Dionea ve-nus.·.

ex dione ſuccepit:vt canit Heſiodus vñ venus ipſa Dionæa.Ver.
Sacra Dioneæ matri Diuiſq; ferebā.¶Petit.adit.¶Saltus.ar-
boribus cōfertiſſimas ſyluas:vbi feræ ſaliunt:& enituntur.¶Ri-
guos perennibus aquis.¶(Sic parcę iuſſere)parentheſis.i.intera
poſitio.¶Tunc.exeūte Proſerpina.legitur & Ter.de quo ſtatim
poſt.¶Verſo cardine.patefacta ad egreſſū ianua ¶Fores.valuę
quę foras verſus aperiūntur.¶Præſagæ Fatorū conſciæ.nam &

Ternari⁹ numerus ī ſacr(is)

ipſæ fores ſtridore:vel pedis offenſu ventura prænunciāt.Tibul-
lus Mihi triſtia dixi offenſum in porta ſigna dediſſe pedē.¶Ter
is numerus ī auguriis obſeruabatur:& ad ſacra pertinet:vt ſcribit
Ariſtotel.in principio de cælo.Aetna mons.¶Conſcia fati.vē-
ture præſcia.Manilius.Conſcia fati ſidera.nam Aetna nonnunq̄
exuberantibus incendiis ingruentia bella cladeſq; ſignificauit:&

Aetna venturi p̄ſcia.·.

Verg.inter oſtenta quæ Ceſaris mortem ſequuta ſunt:addit.Vi
dimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam Flammarumq; glo
bos liquefactaq; voluere ſaxa.Si facti leges dūtaxat ad præſentē
Proſerpinæ caſū referas.¶Gemuit appoſite lugubri verbo vſus
eſt.¶Flebile aduerbiū.¶Terrificis mugitib⁹.Horrēdis(vt Ver.
ait)ruinis Mugitus ingenti ſpiritu miſſa tauri vox eſt.¶Tamen.

Monſtrum.

verū.¶Illa.Proſerpina.¶Non tenetur:quominus incepta pera-
gat.¶Monſtris.monſtrum(vt Aelio Stiloni placet)a monendo
dictum eſt.velut Moneſtrum:q; futurum monſtret:deorum quę
moneat voluntatem:quod Aſinius capito probat.¶Prodigium
q; eadem quæ monſtrum:prædicat:vt docet Feſtus.Vtrūq; poe-

Prodigium

ta cōiunxit nā mōſtrū præſētis ſignificationis eſt:ꝓdigiū futuræ
autor Seruius.¶Sorores Diana ven⁹ & Minerua:Iouis & ipſæ
filię¶Iūxere greſſū ſimul ꝑfectę ſūt¶Prima.q̄ ceteris alacrior:
& maiori ſtudio viā capeſſebat.vt illd̄ Maronis.¶Prima qd̄ ad
troiam pro charis geſſerat argis.¶It incedit.Gaudens dolo.q;
inſidiæ quibus proſerpinā captabat ex animi ſentētia ſuccederēt.

¶Furti raptus. ¶Metitur corde præſumit animo. Futuros ra
ptus.vt ſupra. ¶Iam tandẽ.Flexura.quæ pelliciet ad amandum.
¶Durũ chaos indomitos ad eã vſq; diẽ manes. ¶Ductura triũ
pho.hoc ex antiquo Romanoꝝ more:apud quos parta victoria
duces :vrbẽ triũphantes:in quadrigiis ingrediebantur:&ãn cur=
rum deuictos hoſtes agebant. ¶Ingenti.Claro: ¶Famulos.nã Serui.
romani bello captos ſub corona vendebant.& ii ſeruii dicebantur
ꝙ belli iure trucidari quõ poſſent incolumes Seruarentur. vt apd̃
iureconſultos Põpo.ſcribit.eoſdẽ Clau.idẽ ſignificante vocabulo
famulos appellauit.

Illi multiplicis crinis variatur in orbes

Idalia diuiſus acu:ſudata marito

Fibula:purpureos gemma ſuſpendit amictus:

Candida Parrhaſii poſt hanc Regina Lycæi:

¶Illic deſcribit habitũ deaꝝ:& imprimis ipſius Veneris. ¶Cri= Veneris habitus.
nis.Capillus:qd̃ elegantius eſt:q̃ numero multitudinis.nã frequẽ
ter Capillũ dicit Cicero. ¶Variatur.antiquus codex legi:ſinuatur
vtrũq; recte.In orbes.eoſdẽ Iuuenalis appellat cincinnos.& alibi
de veneris ornatu Claud.Largos hæc nectaris hymbres irrigat:
Hæc morſu numeroſi dentis eburno multimodũ diſcrimen arat.
Sed tertia retro dat varios nex⁹:& iuſto diuidit orbes ordine:ne Orbes Cinciuni
glectã partẽ ſtudioſa relinquens. Diuiſus.diſcretus.vñ diſcrimẽ
¶Idalia.gratiaꝝ quæ Veneris famulæ ſũt:& deã comũt.Claud.
i Epithalamio Honorii De cultu Veneris Dextra læuaq; ſorores
ſtabant Idaliæ.ſ.charitas ab Idalio Cypri oppido:qd̃ ab euentu Idalium ciuitas vnde
nomen accepit.Nã quõ dictio Chalcenori data eſſet vt illic vrbẽ
conderet:vbi primũ orientẽ ſolem cõſpicaretur:vnus e comitib⁹
q forte aſtabat ad eũ conuerſus.οι Δουδ᾽ασιλευ inquit τοναλιου
quo dicto monebat :vt Rex ſolem cerneret.Arrepto Chalcenor
omine:ciuitatẽ ſtatuit:& ab ea voce Idaliũ noiauit.autor Stepha= Fibula
nus. ¶Fibula.Columelle autoritate notiſſima circulus eſt ex au=
ro:argento:vel ære. ¶Sudata.Metalepſis:ex ſudore quippe labo
rẽ:ex hoc:magno argumẽto & arte fabricatã intelligimus ¶Ma
rito. Vulcano:ad hunc quæcũq; fabrilia opera:admirationi erant
vetuſtas rettulit, ¶Suſpendit ab humeris aut ab imis lateribus

aſtringit::ſi cingulũ:placet accipere.nã cinguli ps eſt etiam.fibula
¶A mictus purpureos.Coccineã veneris veſtẽ.ſed abalijs nuda
fingitur.Auſon.Nec bis cincta Diana placet:nec nuda Cythere.

Candida Lyce⁹ mõs.

Poſt hanc.ſ.venerẽ.¶Candida.Quã græci ποτνιαν:candidã no=
ſtri vocant.Aratus ποτνια μαια.Verg.Candida Maia.nã quom
dixit Ouidius.Candida lãpetie græcũ puellæ nomen interpreta
tus eſt.¶Regina dña.nã venatus illic exercet:eadẽq; ſyluarum
potens eſt vt ait noſter Catul.¶Lycæi.montis Arcadiæ Dianæ

Lyce⁹ atticelocus

atq; Iuno ſacri.De priore Papin.Illa ſe lucis Hecate ſpeculata Ly
cæis de Fauno Verg.Panos de monte lycæi.cuius olim tẽplũ ne=
mini licebat ingredi. Plutarchus & Hyginus autores.Sed apud
Plutarchũ mendoſa dictio eſt in quęſtionibus Boccæum:pro Ly

Lyceũ Gymnaſium

cæo Eſt & vrbs eiuſdẽ loci Lycæa de qua ſexto & quinquageſi=
mo libro Theopõpus.Sed eandẽ Menalaus Lycethã:non Lycęã

Ouidij loc⁹ in metamorph.

noĩat.¶Parrhaſij.nã Lycęus: præter Arcadiæ montẽ:cuius añ
meminimus.Atticę locus erat:a Lyco Pandionis.vt autor ẽ Pau
ſanias.vbi Piſiſtratus:ſi Theopõpo credimus :vel vt Philochoro
placet Athenienſes operis præfecto Pericle Gymnaſiũ condide
runt:qđ inde Lycæũ dicebatur:Hic inãbulans Ariſtoteles diſpu=

Lyceus Apollo cur apud argiuos.

tabat:vnde peripateticũ nomẽ manauit:vt in Academicis refert
Cicero meminit huius Lycæi Gellius in noctibus Atticis:& me=
tamorpho.ij.de Mercurio loquens Ouidius.Grataq; Mineruæ
deſpiciebat humũ cultiq; arbuſta lycęi magna eorũ hallucinatiõe
q Arcadię montẽ illic expoſuerunt.Colebatur & Argis Apollo

Danaus ex egypto

cognomento Lycęus.hac ex cauſa.Danaus ex Aegypto fugiens
illuc appulſus forte Taurũ in littore conſpicatus eſt q cũ lupo prę
liabatur.Omen arripuit.atq; lupi ſibi pſonã induit: q peregre de
latus veteres incolas ex turbaret.Itaq; pugnæ euentu expectato

Gelanor. Papinij locus ex Thebaide.

quõ ſuperior lup⁹ extitiſſet:aduerſus Gelanorẽ qui tũ rerũ potie=
batur inito prælio:victor ex voto Apollinij Lycæo Aedẽ erexit
ac Lupi cõtra Taurũ pręliãtis expreſſã ære effigiẽ in foro ſtatuit
hiſtoriã narrat in Pyrrho Plutarch.& Pauſanias:adiecta victimę
rõne:nã Taurus ex ritu religionis imolabatur.inde vates Argiu⁹
apud Statiũ Theodamas Apollinẽ ita precatur.Nunc tibi crud⁹
honos:cruda arma:cruorq; viroꝝ.At patrias ſiqñ domos opta=
taq; pæan Tẽpla Lycię dabis:tot ditia dona ſacratis Poſtibus:&

Azania

totidẽ voti memor exige tauros Azanię vero q̃ ps eſt Arcadiæ:
Parraſij & Trapezuntij contribuuntur.vt legimus apud Stepha=

nū:qua decā Papin. Azanas & Parrhaſios ēt coniunxit. Venit &
Idæis vlulatibus ęmulus azā Parrhaſijq; duces ſed illud apud eū
quęritur:cur Azanas Idęis vlulatibus ęmulos dicat id nos ex Cal
limachi ſcriptis aſſequuti videmur ait.n.ī Arcadia iouē natū:qua
maxime querquubus denſaretur (vt ante rettulimus) & quarū pe=
nuria laboraret: Azaniā deſignauus quā. διτην αζιν .i. a ſiccitate
noiatā ſcribit Euſtath us: & arcades apud ſenatū Ioue audacter
cū Cretenſibus contendebant:vt teſtatur idē Callimach. in hym=
no Iouis. Ζευσε μεν ιδαιοισιν εν ουρεσι φασι γενεσθαι Ζυσενα ερκα
διν ποτεροι πατερε ψευσαντο.i. Iupiter Aerijs quō te ſibi vendicet
Ide montibus. Arcadięq; vtriq; mendacia iactant: nā quicquid
de partu Iouis a cretenſibus fingitur illud idē Cybeles ſacerdotes
apud azanas vlulatibus & fanatico diſcurſu repræſentabant. oſtē
ſo etiā apud ſe loco qđ Rheæ puerperium dictitabant:vt eſt apđ
Callimachū Redditur & a philone Maſſiliæ ciuitas Azā:& alia
ad Herodiano phrygiæ:ſed vtraq; huic loco minus accōmodata
Quin & Ouidius in.ij.metamorphoſeon arcadiam Iouis ex hac
hiſtoria nominauit. quō ait Arcadiæ tamen eſt impenſior illi cu=
ra ſuæ. quamuis nihil alij ſuſpicantur. Parrhaſijs inditū nomen eſt
a parrhaſio Martis Philonomiæ filio quē cum fratre Lycaſto ex=
poſitum lupa lactauit is apud Ciliphum paſtorem adultus ma=
terno auo Nyctimeno in Arcadiæ regnū ſucceſſit:vt Zopyrus Bi
zantius hiſtoriarum .iij. refert & Plutarchus. Alij Lycaonis filio
parrhaſio cognomines arbitrantur. Nicanor ait eandē regionem
Parnaſiam prius appellatā a Lycaonis impietate:& inde muta=
tis ſyllabis Parrhaſiam.

Parrhaſii Papinii carmē expoſitum

Iuppiter in arcadia nat9.

Azā ciuitas Parrhaſii cur

Lycaſtus Nyctimen9

Et pandionias quę cuſpide protegit arces:

Vtraq; virgo ruunt: hæc triſtibus aſpera bellis

Hæc metuenda feris Tritonia caſſide fulua

¶ Et pand. quæ cuſp. prot. arces. Mineruæ periphraſis. ¶ Quæ
protegit. quæ tuetur. Cuſpide. haſta que ſuum palladis telum eſt
Autor obſcęni carminis. Enſe potens mars eſt: haſta minerua
tua eſt. ¶ Arces quas antiq ui Mineruę conſecrauerunt

Arces vnde & cur palladi conſecratę.

quam ipſius mundi mentem atq; in ſúmmo capite ſedem habere credebant. Siue q̄ ratio quę per eandem deſignatur: reſpub. & vrbes amplificet. vt ait Capella. dictæ voro ſunt Arces ab arcadib⁹ qui munitiſſimos quoſq; colles: ſub Euandro tenuerunt: vt placet Solino. vel ab arcendis hoſtibus vt grammaticis.

Pandion

¶ Pādionias. Athenienſes a Rege Pandione poetarum carminibus: & gręcis annalibus inclito: cuius quatuor tantum filios Sophocles memorat: Aegeū: Lycum: Niſum: & Pallātem.

Aegeus
Lycus
Niſ⁹ pallas
Theutras.
Theutrātia turba theſpiadas cur apud Oui.

Stephanus addit Theutrantem Theſpij patrem: a quo Theutantia turba theſpiades apđ Naſonem Puellas duas ſuſtulit: in quibus infœlix fuit: vt refert Pauſanias. ſucceſſit huic Erechtheus cuius ex Procride Cephalus gener fuit: vt canit Ouidius in .vj. metamor. Anceps apud Strabonem locus eſt: & qui non incurioſe legentibus iniiciat ſcrupulum. Nam quom de pręrupta illa Petra: quę fertur ad Actij Apolinis promontorium in ſinu ambracio: verba feciſſet: Menādriq; pręterea teſtimonio docuiſſet: vt illinc Sappho ſeſe deiecerat. αρχαιολογικω τεροι. inquit. ideſt qui conquiſitius & anxie res antiquas ſcrutati ſunt (id. n. græca vox proprie ſignificat: non autem antiquiores vt ab alijs conuerſa eſt) non Sappho primā: ſed Cephalum ſaltaſſe prodiderunt: amore captum Ptercolę Deionei filiæ: hæc ille.

Pterelas rex

Equidem: primū omnium: Pterelā Taphiorum regem tradi ſcio: quem Neptunnus ex Hippothem Meſtoris & Lyſidices filia ſuſcepit: Andromedes & Perſei nepte: vt Herodoti teſtimonio refert interpres Apollonij: vel vt alij Neptūni ex Taphio patre nepotem: aiunt. n. Neptūnum Taphiū genuiſſe: vnde ſit Pterelas: eundemq; ab Amphitryone Creontis thebarū Regis ope: expugnatum: & ab eo (quod vnus apud nos tradit Plautus) obtruncatū noui Ad Pterelā puellam vel (vt mea quidem ſētentia: aqud Strabonem perperam ſcriptum eſt) Ptarolam nuſq̄ præterea legi. quę ſi ꝑfecto fuiſſet: ab illo pręſertim Cephalo vtriuſq; linguæ theatris decantato tam perdite (vt iſti volunt) amata: græcorum aut noſtrorum monumentis aliquo pacto innotuiſſet: Ad hæc accedit: q̄ paulopoſt is idem Strabo. Cephalū Deionei filium fuiſſe ſcribit: quo patre Ptarolam iam natam dixerat vt verear ne Strabonis exemplaria mendoſa ſint & librariorum vitio factum: vt apud eum prępoſtere legamus hiſtoriam. Suffragatur huic noſtræ ſententiæ Demetrius Chalcondyles: vt Athenienſis & græcus homo: doctiſſimus & quem Gazæ diſcipulum

Strabonis locus accurate pēſiculatus.

Cephalus.

ſtudiorūq; ſucceſſorem poſſis agnoſcere:q̄ppe q̄ græcos etiam
Strabonis codices inuerſos quottidie deprēhendit & hoc impri-
mis in loco vbi græca ipſa Strabonis verba ꝑplexa cōfuſaq; adeo
leguntur:vt nullus integer ſenſus extet:& facile appareat eſſe er-
ratum:quod (ſi liberæ coniecturæ locus detur) ita tollendum cē-
ſuerim:vt dicat ab alijs tradi:illinc non Sapho primam ſe deturba-
baſſe:Sed Cephali Deionei captam amore. Pterelæ filiā. Nā vir
plurimæ lectionis Interpres Lycophrōis:quō res inter Teleboas
Electrionēq; geſtas diffuſe narraſſet. adijcit Cymetho Pterelæ fi-
liā. Cephali q miles Amphitryonis tunc erat:amore inductā:ho-
ſtibus patrem prodidiſſe:Cęteraq; ijs ſimilia quę de niſi filia tra-
duntur. inde illa Naſonis in Ibin execratio. Filia neue magis capi-
ti ſit fida parentis Quā tua vel Pterela:vel tua Niſe fuit vbi no-
ſter Domitius maluit hiſtoriā configere:quā verā laborioſiꝰ apđ
autores ꝑquirere. Nā nec Pterela Thebarum rex vnq̄ fuit : nec a
Creonte:ſed ab Anphitrione:non Polidices:vt ipſe dicit:ſed Cy-
methonis filiæ ꝓditōe necatꝰ eſt. Deioneus āt (qđ in Suidæ mo-
numentis ēt legimus) Cephali p̄r fuit:vt tradit Ariſtodemus. eun-
dē Pauſanias Deionē vocat. Oui. Eionē:ſequutus arbitror Phere-
cydē:cuius antea teſtimonio docuimus:Eioneū Ixionis inſidijs
e medio ſublatū. Neq; vero te offendat qđ idē ab Ariſtodemo
Deioneus:a Pauſania Deion:a Pherecyde Eioneus:deniq; Eiō
ab Ouidio dictus ſit. Nā apollonij quoq; p̄r ab alijs Hylæus:a q-
buſdā ēt Pſylæus appellatur:& ſatis notū eſt Iones (quos ī plæ-
riſq; ſeqmur) primas verboꝝ cōſonantes nonnunq̄ detrahere:ex
qua diſciplina Naſonis amorē. in. vij. metamor. Aſpicit Aeolidē
Cephalū. Eionidus caſtigauimus. vt etiā illud. Eqbus Eionides
Cephalus. & nō Aeolidem:nā nihil Aeolo cū Cephalo. Eandē cē-
ſuram ſubit & alius eiuſdem poetæ verſus ex arte amandi. Ecce
redit Cephalus proles Cyllenia ſyluis. Tu ſcribe ꝓles Deionea vl'
Eionia. nā ſeruauit hic ω lr̄am recti primitiui poeta:quā cū nume-
ris mutauit in patronymico:qđ græco ſtudio & exēplo nr̄i q̄nq;
faciunt quippe Verg. in Orionis obliquo penultima indifferenti
vſus ē quō ait Armatūq; auro circūſpicit Oriona:& alibi ſtrictūq;
Orionis enſē. Quæ. q̄q̄ non rudes aut iniquas aures īplere confi-
do:monitionis tn̄ loco non iudicij dicta volumus. ¶ Vtraq;. pal-
las & Diana. ¶ Virgo innupta. Euphoriō tn̄ ait Tityū apud infe-
ros vitiatæ Dianæ pœnas dare. Flagrauit & Orionis infamia cu

Cymetho Pterele filia.

Ouidij locus in Ibin
Deiones
Deion.
Eioneus.
Eion.

Ouipij. tres verſus emaculati.

ſus cõſuetudine plus nimio delectabatur: vt eſt apud Higynũ. cũ
Homero cõuenit Claudianus q tris tm̃ deas in hymnis memo=
rat. Palladẽ: Veſtã: & Dianã: q̃ veneri nõ ſuccubuerint. ¶ Ruunt.
puellari ſtudio ſe proripiũt. ¶ Hæc. i. Minerua. ¶ Aſpera cruda.
¶ Bellis q̃ cũ Marte curat: vt canit Home Auſonius. Præſes trito
nia bellis. ¶ Triſtibus crudelibus: aut luctuoſis. ¶ Hæc altera. ſ.
Tritonia pallas vnde
Diana. ¶ Metuenda formidoloſa feris: quas agitat & venatrix i
terimit. ¶ Tritonia palas (vt placet Calliſtheni) ꝙ hæc dea τρι=
τημηνοσ. i. tertia mẽſis die nata ẽ. q dies vt eiuſdẽ Natal: feſtꝰ Athe
nis tranſigebatur. vt Romæ qnquatria. An iõ potiꝰ appellata ſic
ẽ: ꝙ e pr̃ is vertice ꝓſiluiſſe: dr̃: & caput τριτω Bœoti vocãt: For
ſitã iñ dicta magis ſit ꝙ eadẽ luna creditur: q̃ tertio pꝰ coitũ die: ap
parere icipit neqꝫ nõ illud cõuenit. qđ aios ipſa noſtros modera=
tur: quoꝝ vis triplex: iraſci cupere: & rationi obtẽperare. Quid ſi
propterea nomẽ accepit: ꝙ aeri præſit. Aeris porro mutatio tri
plex ẽ: vere ęſtate: hyeme Quippe vetuſtas autũnũ nõ nũerabat qa
propriũ non eſſe tps exiſtimabãt: ſed ex vtriuſqꝫ confinio conſta
re. Democritus græce qdẽ ſed ad hanc ſententiã. Minerua mens
Triton amnis & palus
eſt inqt cuius munere bene cõſulimus recte iudicamus nihil qc=
q̃ per iniuriam facimus. Triton præterea Bæotiæ Theſſaliæ. libyę
qꝫ fluuius eſt: & ibidẽ palus ex qua Pallas orta traditur ab Hero=
doto patre Neptũno ſed is quõ filiæ neſcio qd aliquando ſuccen
ſuiſſet: adoptandam ſe Ioui illa dedit. Superioribus conſentanea
Mnaſæas & Harpocration tradiderunt niſi ꝙ eius matrẽ: non vt
ille: Tritonẽ: ſed Polyphen Occeani filiã produnt. Ipſãqꝫ deã bi=
gas (vel vt inter pretari Cic. maluit) quadrigas inueniſſe dñt inde
Hippia minerua.
qꝫ Hippiã græce nominatã: qđ in Suidæ monumentis etiã legi
Quadrigarũ inuentio
mus. Eſtqꝫ frequens Hippiæ Palladis apud pauſaniã mentio. Sed
quonã piaculo in deorum natura Ciceronis deprauata verba pre=
teream. Quarta inquit Minerua Ioue nata & Coryphe Oceani fi=
lia quam arcades Coriã nominant: & quadrigarum inuentricem
Ciceronis locus.
ferunt. Tu meo periculo repone Polyphe atqꝫ Hippian. nominant
Sed alterius erit inſtituti Ciceronis opera caſtigare: eoꝝ imperi
tia q Mediolani nuper ipreſſerunt oi ex parte inuerſa præcerpta
& lãcinata. Ad hãc hiſtoriã papiniꝰ & deæ cognomẽ alluſit: apđ
Ciceronis opa deprauata.
quẽ Thebaid. ij. Thideus palladẽ ſic adorat. Seu tu libyco Trito
ne repexas Lota comas: Qua te biiugo temone frementem inte=
meratąꝝ volucer rapit axis equarum. Triton ãt (quod ſcribit Ace

ſander) Neptunno genitus eſt ex atlantis filia Celeno.

Cælatum Typhona gerit: qui ſumma peremptus
Ima parte viget: moriens & parte ſuperſtes
Haſtaq; terribili ſurgens per nubila gyro
Inſtar habet ſyluæ. tantum ſtridentia colla
Gorgonis obtectu Pallæ fulgentis obumbrat.
At triuiæ lenis ſpecies & multus in ore

¶Cælatum. ſculptũ. Caſſide fulua aurea galea. ¶Pythona. pytho phocidis ad parnaſum ciuitas Apollinis oraculo clara cuius in argonautico meminit Orpheus & Theognis appellata q illic telis Apollinis extinctus coluber: tabe cõſumptus eſt id qd πυθεσθαι græci dicunt quod ozolis præterea nomẽ dedit ad quos eiectus is ſerpens etiam traditur vt refert plutarch. eundem Callimachus & Elius græcus autor: & e noſtris oratione quadam Tertullian⁹ Delphinẽ vocant quõ latini prope modũ: omnes quibus eius nominis vſus venit: atq; ex grecis nonnulli vno: codẽq; vocabulo Serpentem vrbẽq; ſed alteram muliebri: alterꝝ maſculino genere dicant. qd Ammonius etiam præcipit: vt explodendi ſunt ij: q delphica pytho. Serpentis apud Tibullum nomen interpretantur plura de pythone leges apud Strabonem: Sed hic ego Typhona ſcribendum puto. Nam reſpexit ad peplũ: Claudianus. quo athenis quinto quoq; anno maioribus panathenaicis Mineruæ conſecrabatur. intexta deorum victoria de gigantibus: & expreſſa Typhonis cæde quem pallas in mundi dimicatione dicitur intereміſſe. Ver. ad Meſſalã Magna gigantæis ornãtur peplatropæis. Horrida ſanguineo pinguntur prælia cocco: Additur aurata deiectus cuſpide Typho Qui prius oſſæis conſternens æthera ſaxis æmathio celſum duplicabat vertice olympum. Tale deæ velum ſolemni tempore portant. Typho preterea Ditis per epitheton nomen eſt apud Orpheum quo patre natas Hapyas Valerius Flaccus in argonautico cecinit. ¶Qui. ſ. Typho. ¶Peremptus ex animis & mortuus. ¶Summa parte laterum tenus qua ſerpentibus homo committitur: nam ſerpentum crura gigantes

Papinij lo. Triton Neptũni filius pytho ciuitas.

Ozole Delphine. ſerpens.

pytho Vraco.

Tibul. loc⁹ peplum.

Minerue

Typho.

habuerunt ¶ Viget etiam num ſpirat. ¶ Ima pedibus ſerpentis nis qui multo difficilius humanis artubus occidunt vt notum eſt ¶ Moriens.extinctus:vt cõueniat cũ ſuperiori verbo perẽptus nã preſẽs participiũ ꝑ preterito poetas vſurpare Priſcianus obſeruauit & docuit Pap. Et caligãtes aduerſo ſole Mycenas. ¶ Supſtes viuẽs. ¶ Haſta Palladi dat hãc Homerꝰ ad indicãdũ mentis acumen.nã mentẽ palladis nomine vetuſtas coluit: vt antediximus. ¶ Surgẽs.euadẽs. ¶ Per nubila per aerẽ.vidẽs vt hic vim mẽtis expreſſit? ¶ Terribili gyro.nã Palladis apud athenas haſta.ſupra quattuor amplitudinẽ cubitorũ effingebatur:vt tradit Pauſanias.Gyro ambitu. ¶ Habet inſtar.habet ſpeciẽ. Naſo. Sed ſcelus hoc meriti põdus & iſtar habet. ¶ Sylue arboris ps a toto Verg. Quales quõ vertice celſo aerie quercuus:aut Coniferæ Cypariſſi cõſiſtecãt.ſylua alta Iouis. ¶ Tantũ. Solũmodo. ¶ Obũbrat.opit ¶ Obtectu Pallæ pretẽta veſte. ¶ Fulgentis.nitidæ nam purior ætheris & ſũma pars Minerua fingitur. ¶ Colla ſtridẽtia gorgonis Meduſæ ceruices colubris ſibilantibus obſitas.cuius aſpectu hominis in ſaxa vetuſtas obduruiſſe finxit:vt indicaret imperitũ vulgus ad ea quę prudẽter & dicũtur & fiũt a ſapiẽtibꝰ ita defixo vultu inhiare:vt admiratione ſtupore prodeãt & preſẽticorpore ſenſibus abeſſe videãtur. Eandẽ relaxatura pallas animũ deponit documẽto. Sapiẽtis eſſe curas interdũ remittere:atqꝫ ſeruata dignitate grauitatẽ diſſimulare. Fabulæ canũt gorgonas fuiſſe puellas & ex iis Meduſã a Perſeo palladis ope obtrũcatã hiſtoriã narrat Pherecydes & Diodorus:pcurrit Ouidius & Orpheus in hymnis q Meduſã non a perſeo ſed ab ipſa pallade trucidatam ſcribit ¶ At triuię Dianę quæ triuia per epitheton appellatur:a triuiis hoc eſt a compitis quibus eandẽ preeſſe vetuſtas credidit:& nos accepimus vnde triformi ſpecie fingebatur. Ouidius in faſtis Ora vides hecates ĩ tris vergẽtia formas ſeruet vt ĩ ternas cõpicta ſecta vias. ¶ Lænis ſpecies alluſit ad lunę colorẽ q blãdꝰ eſt:vt ſcribit Pli. ¶ Multus in ore frater erat.multũ referebat de forma fratris eius Apollinis hoc aũt dixit qm̃ ſolis & lunæ ſidera magna ſimilitudine coniunguntur eſſe putes.credas honeſta loquutio Verg. Migrantes cernas.

Haſta qd ĩ pallade.

Meduſa quid & cur homines in ſaxa verterẽ dicta ſit Triuia.

Frater erat: Phœbiqꝫ genas & lumina Phœbi.
Eſſe putes, ſoluſqꝫ dabat diſcrimina ſexus.

Brachia nuda nitent. Leuibus proiecerat auris.
Indociles errare comas. Arcuqꝫ remiſſo
Ocia neruus agit. pendent poſt terga ſagittæ.
Criſpatur gemino veſtis Corytyia Cinctu.
Poplite fuſa tenus. motoqꝫ in ſtamine Delos,
Errat: & aurato trahitur circumflua ponto
Quas inter Cereris proles: nunc gloria matris
Mox dolora equali tendit per gramina paſſu.
Nec mēbris nec honore minor: potuitqꝫ videri
Pallas: ſi Clypeum ferret: ſi ſpicula: Phœbe.

¶Genas.malas. ¶Lumina.perite cōmuni verbo vſus eſt.ſplēdo Sexus.
ris & oculorū. ¶Sexus.a græco qđ eſt:εξισ & habitū notat:aſpi= Sex.
ratione in s mutata qđ in aliis etiā pluribus vſurpamus.nā qđ εξ
illi nos ſex: qđ επτα ſeptē:qđ ερπιλλον ſerpillū diximꝰ:optia rō Septem.
ne:Nā S Meſſalę Sibilus nō littera viſa eſt:&.h.itē plæriſqꝫ vt nō S. non lra
iniuria.quaſi affines notę ſibi cedāt. ¶Dabat diſcrimina differē=
tiā nā hoc tm̄ dictabant:ꝙ alter mas eſſet altera vero puella.ſi=
mul alluſit ad ſidera.ſolis.n ſidus virile:lunæ fœmineū dr̄: ¶Bra Dianę cultꝰ
chia nuda nitent. Elegans & concina breuitas:qua decor & orna=
tus deæ ſimul oſtenditur. Exortus inquit lacertos habebat & cā=
didos. ¶Proiecerat auris.inuentos diffuderat. ¶Leuibus cōe vē
torū omniū epitheton. ¶Indociles errare:quos hactenus in no=
dū collectos.geſtabat neqꝫ vagari per humeros patiebatur. Oui.
de comptu.puellarum. Altera ſuccinctæ religetur more Dianæ vt
ſolet attonitas quom petit illa feras. ¶Remiſſo nō intento.ne ni
mia contentione lenteſceret. Ouidius arcus & arma tuæ tibi ſint
imitanda Dianæ. Si nūq̄ ceſſes tendere mollis erit. ¶Neruus.in
arcu chorda. ¶Agit ocia.ceſſat.vt ſupra Claudianus Ocia ſopitis
ageret quō cātibus Orpheus. ¶Sagittę telorū receptaculū pha=
retra. ¶Pēdēt poſt terga ab humeris. ¶Veſtis corinthia. Nō me
fugit. Corinthię veſtis extare mētionē:cuius vſu Atheniēſes ſuas

olim matronas edicto mutauerũt:vt eſt apud Herodotũ. ſed hic
nõ cõuenit ac vt maxime qdẽ cõueniat:nemo tñ mihi vnq̃ pſua=
debit minime licentioſũ poetã:vti ſyllabæ venia preſertim nõ ne
ceſſaria:voluiſſe:vt cõ tra preſcriptos numeros in Corinthia pri=
mã ꝓduceret. Equidẽ:vt dicã qđ ſentio:Cortynia legendũ puto.
nõ a tenuiſſimo telę genere q̃ vulgo cortyna dicitur:vt nonnulli
ridicule ſuſpicãtur. Sed ab vrbe Cretæ Gortyna patria Britomar
tis:eius quam Diana fertur vnice dilexiſſe:cognomenq; Dictyn=
Britomartes. — næ ab ea ſortita:ex hiſtoria Callimachi:quam Verg apud nos ꝑ
Dictina — currit in ciri. nam viſebatur illic opulentum Dianæ templum do=
nariis & religione cuius Probus Aemilius etiam meminit. Ipſa
Gortyn — ciuitas per N finalem Gortyn ab heroe cognomine dicta eſt:&
Ellotis — Ellotis cum accentu penultimæ. Nam ſic Europa gentili Creten=
Europa — ſium lingua vocabatur. Eadem Cremnia demũ Gortys appella=
Cremnia — ta eſt. ſic vt quæ prima eſt in ſapiente littera nomen excudat ab
Europa — hac accuſandi caſum alij duabus ſyllabis Gortyn:alij tribus Gor=
Gortys — tyna:plærīq; Gortynam dixerunt autor Stephanus Memorat &
eiuſdem nominis alteram Pauſanias in Arcadia:cui proximũ ſta
Caryum — tuit Plinius Caryum oppidum Laconiæ vbi Lacedæmonij Dia=
nam præcipuo cultu proſequebantur:virginum choro:& pręmio
Muſici certaminis inſtituto. qđ Execeſtides (vt ſcribit Polemon)
Citharæ cantu victor aliquando conſequutus eſt. inde ſaltandi
quando genus: καρυατίζειν lacones dicebant:eiuſq; autores Ca=
Diana Caryatis — ſtorem pollucemq; profitebantur vt ait Lucianus. Quin & ipſa
Diana Caryatis indidem memoratur:cuius honori buccolicũ car
Buccolicũ carmen. — men primo datũ eſt vt docet interpres Theocriti & e noſtris Dio
medes, etiam ſi curetis apud eũ mẽdoſe ſcribitur. Ex hac hiſtoria
Pap. locus — Papinij Carmẽ ex. iiij. Theba. iterꝑtati ſum⁹. Plaudẽtiq; habiles
carię reſõare Dianę:quõ Neſcio qs Amiternin⁹:ad Elcã Dianãre
ferret eiuſq; nois rõnẽ:ꝑ carices vuluaſq; paluſtres rimaretur. vñ
luto cœnoq; turpis vix a nobis extrudi potuit Ex jis collige Clau.
potuiſſe Cortynĩa veſtẽ ꝓ Caryatide nã Gortyn Arcadiæ ꝓpin
qua Caryo eſt:quã Caryã fœminino genere Vitruuius enunciauit
Caryatides columne — vnde ſint Caryatides columnæ: in antiquis ſubſtructionibus
celebratæ:mihi prior ſententia magis adulatur:& hoc totum Pa=
Diana ſuccincta. — pinio condonamus. ❡ Criſpatur:in rugas aſtringitur. ❡ Gemino
cinctu:Diana ſubducta ad ſurã veſte effingebatur: vt expeditior
eſſet in venatione Oui. Quid iuuat incinctę ſtudia exercere Dia=

nę Planius apđ Auſoniũ. Nec bis cincta Diana placet: nec nuda
Cythere. ¶ Fuſa. demiſſa. ¶ Tenus poplite. vſq; ad imum genu.
¶ Delos. inſula q̃ i teſta illic erat. ¶ Errat vagatur. ¶ Inſtamine Delos Erratica.
moto filis ita compoſitis vt inſula fluctibus pelli videretur. ¶ Cir
cumflua. vndis habita. ¶ Trahitur ponto per æquora ventis agi=
tur q̃ppe Delos (vt Ver. etiã canit) inſtabilis oli fuit: ſed appropin
quãte Latonę partu. immobilis ſtetit: quattuor ex adamãte colũ
nis nixa: vt prodit Pindarus. ¶ Aurato. quod ex auro effinxerat
¶ Quas inter' Anaſtrophe. ¶ Cereris .pl. filia proſerpina. ¶ Nũc
ante raptum. ¶ Gloria decus. ¶ Mox paulopoſt. Dolor Aegri=
tudo: ¶ Tendit incedit ¶ Per gramina. prata. ¶ Aequali paſſu.
pari gradu. ¶ Nec minor. inferior Papin & minor in leges iret
gener. ¶ Membris corporis indole. ¶ Nec honore oris dignitate
& forma. ¶ Potuit videri Pallas nihil abeſſe a ſpecie Mineruæ.
¶ Si ferret Cly. Scutum geſtaret: vt Pallas cui clypeum vetuſtas Clypeus in Pallade q̃d
tribuit: ad indicandum orbem terrarum regi a ſapientibus. autor
Capella. verbũ aũt ferret bis intelligẽdũ. ¶ Spicula. ſagittas a pte Spiculum
totũ. nã Mucro ſagitte ſpiculũ ꝓprie dr̃. Proper. non tot Acheme
niis armãtur ſuſa ſagittis ſpicula. ¶ Phœbe. luna potuit. ſ. videri.

Colectæ tereti nodantur iaſpide veſtes.
Pectinis ingenio nunq̃ felicior arti
Contigit euentus: nulli ſic conſona telæ
Fila: nec intantum veri duxere figuram
Hic Hyperionæo Solem de ſemine naſci
Fecerat: & Lunam pariter ſed diſpare forma:
Auroræ noctiſq; duces. cunabula Tethys
Præbet: & infantes gremio ſolatur anhelos.
Inualidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce grauem: nec pubeſcentibus alte
Criſtatum radiis. primo Clementior æuo
Fingitur: & tenerum vagitu deſpuit ignem.

¶Collectæ veſtes.ſuccinctæ.negocio conueniens habitus ¶No
dãtur iaſpide.Cingulo cui Iaſpis erat inſertus.de Iaſpide habes hi
ſtoriã apud Pliniũ refert & nõnulla Solinus in Polyhiſtore ¶Te
reti.oblonga. ¶ Euentus ſucceſſus.nã in artibus etiam fortuna
partẽ ſibi vendicat:vt in cæteris. ¶Contigit.ex animi ſententia
datus eſt. ¶Ingenio pectinis.texendi peritia. ¶ Tælæ.veſti ſub=
audi fuerunt. ¶ Conſona.nihil diſcrepantia. ¶ Intantum.adeo.
¶Duxere figurã veri.ad ipſam naturam propius acceſſerunt.qđ
in picturis maxime cõmẽdatur. ¶Hic.hac in veſte. ¶Fecerat naſ

Sol vnde

ci.expreſſerat vt ortus erat. ¶Solẽ.qui fax cæleſtis antea diceba
tur:& mundi oculus:poſtea ſol ab Oceani filio cognomine dict⁹
ẽ:vel ab altero Hyperionis vt placet Diod.Nõnulli cũ Cice.nomẽ
inditũ putant:ꝙ vnus ſit & non plures: quodq; tantam claritatẽ

Hyperium.
Luna.
Aurora.

ſolus optineat. ¶De ſemine Hyperionæo.Diogenes & Hippon
Metapontinus :quos poeta nunc ſequitur.Liberos ex ſolo patris
ſemine concipi diſputabant Hyperion autẽ cæli terræq; filius :vt
Heſio.ex Thia vt vero canit in hymnis Homerus ex Euryan aſſa
ſorore:Solẽ Lunã quæ ſuſcepit & aurorã.Sed & ipſe ſol hyperiõ
& hyperionides a patre vocatur.Papi.Pronos hyperionis meatus
¶Diſpare forma alio ore.propter ipſius lunæ lumen in quo non
manifeſtus vt in ſole calor:ſed occultus quidã potius tepor eſt vt

Aurora.

vt ait Macrobius. ¶Duces præſides & autores. ¶Auroræ Diei
græce dixit apud quos ηοσ & ημεϱα quandoq; idem ſignificant.

Pegaſus

vt quõ Pegaſus ημεϱασ equus ab aliјs dicitur quẽ Lycophron au=
roræ tribuit. ¶Noctis.hoc ad lunã:quæ noctu lucet:inde nocti=
lu ca in palatio colebatur vt ſcribit Varro. ¶Thetis.Oceani con=

Cunabula.
Sidera hu=
more paſcũ
tur.

iunx ſolis & lunæ matertera. ¶Præbet cunabula nutrit.Nã cuna
bula lectulos infantũ dicimus:& vbi naſcuntur loca:a verbo græ
co κυειν qđ eſt emitĩ atq; ita per occaſionem fabulæ rem naturalem
percurrit Nam ſol & luna:vt omnes aliј cæleſtes ignes : humore
nutriuntur id quod innuit & Homer . qui Iouem per quem Sol
intelligitur:cum cæteris diјs ideſt ſideribus Oceani conuiuas eẽ

Aqua cur
elementorũ
prima

dicit & Oceanũ deorum patrem:ac matrem Thetym.quæ dulces
& Fontanas aquas repreſentat:vt antiquitas exiſtimauit inde Pi
darus inter elementa principem ſtatuit aquam ꝙ eius munere diј
conſtarent. ¶Solatur gremio.ſinu fouet:& affectum nutricis ex
preſſit . ¶Anhelos.radiјs & luce coruſcos·Ceruleus nam Thetis
numẽ eſt maris qđ proprio epitheto Ceruleũ dicitur. ¶Radiatur

fulget. ¶ Roſeis.a colore luminis.aut pulchris. Verg. Roſea ceruice refulſit:ſed hoc epitheton in venere poeta affectare quęſiuit ab hiſtoria. Nam flos roſæ Veneri ſacer eſt:vt exponemus. ¶ Alumnis.ſole luna,quę quos educabat. Sed & quæ nutrit Alumna latine dicitur. Verg.ad Meſſalam:Non illa quidem communis Alũna omnibus iniecta tellus tumulabit harena.quod exemplum ſatis eſt arbitror tuendo Seruio cõtra Vallæ calumnias ¶ Titana ſolem:cuius pater Hyperion vnus Titanum fuit:vt eſt dictũ ¶ Inualidum nondum ſuis viribus. ¶ Grauem luce.radiis. ¶ Criſtatũ.hoc ait ꝙ e ſolis capite radij profũduntur.inſtar Criſtarũ quæ extant a conogaleæ. Ouid.circum caput omne micantes depoſuit radios. ¶ Alte pubeſcentibus.longe fulgentibus Statius in Thebaid. Ignipedum moderator equorum Ipſe tuis alte radiantem crinibus arcũ imprimat. ¶ Primo æuo.puerilibus annis. ¶ Fingitur.a pictoribus & poetarum carminibus:aut in veſte expreſſus apparet. ¶ Clemẽtior.remiſſo feruore:atq; ita ſuboſcure deſignat hiſtoriam.tradunt enim ſparſos ignes a media nocte paſſim miſcare:& vt lux appropinquat ita coire ac ſe coniungere:donec magis magiſq; collecti:pauciores ſubinde:& vna ad poſtremum flãma ardeant:ea quom diu clara ac incendio ſimilis effulſit: cogit ſe ac rotundat & fit ingens globus:diu is quoq; grandis & terris annexus apparet.deinde paulatim decreſcens:& quanto decreſcit eo clarior:fugat nouiſſime noctem:& cum die iam ſol factus attollitur. Idemq; cotidie fieri dicunt atq; ita ſpeculantibus e ſũma Ida videri refert Mella Pomponius.ex hac opinione Speuſippus cognominatum ſcripſit Apollinem ωσαπο πολλωνονσιων ꝙ ei⁹ ſubſtantia conſtet ex multis ignibus. Percurrit & Lucre.libro quĩto Aut quia conueniunt ignes:& ſemina multa Confluere ardoris conſuerunt tempore certo Quæ faciunt ſolis noua ſemper lumina gigni. ¶ Læua parte. Siniſtro brachio ſed altior in receſſu q̃ fronte ſenſus eſt. Nam græcus autor Seuerianus pluribus explicare contendit:ab opifice omnium deo:Solem primo factum:deinde lunam & eam quidem in occidentis cõfinio conſtitutam In aduerſa vero cæli regione Solem.quod hic innuere videtur Claudianus quom ſiniſtra Thetyos vlna lunam:dextra ſolem geſtari dicit:nam in Siderum ratione(quod docte. Higynus) Cæli dextra pars oriens. Siniſtra occidens appellatur.

Roſea Venus.

Alũn⁹ etiã qui nutrit

Sol ex multis ignibus cogitur

Apollo cur

Læua parte ſoror vitrei libamina potat
Vberis:& paruo ſignantur tempora cornu
Tali luxuriat cultu .comitantur euntes
Naiades:& ſocia ſtipant vtrinq; corona
Quæ fontes Crimniſe tuos:& ſaxa rotantem
Pantagiam. Nomenq; Gelan qui præbuit vrbi:
Concelebrant.quas pigra vado Camarina paluſtri
Quas Arethuſæi latices:quas aduena nutrit

Lune calor humectat

¶Soror.luna.¶ Potat.fugit.¶Libamina.lac & hũorẽ.¶Vbe=
ris vitrei.Mãmæ Tethyos æquoreæ deæ quippe maris numina
vitrea dicimus:vt ante eſt dictũ.Et hoc etiam perite Nam vt ca
lor ſolis exciccat:ita ſua quadam natura: Lunæ calor humectat
vt affirmat Macrob.quod aer ipſe ſẽtit & indicat:qui vt ipſa luna
mutatur:modo in pluuiam reſoluitur:modo multum roris emit

Ros aeris & lune filius

tit.Inde lyrici carminis & græcus autor Alcmã:Aeris & lunę fi=
lium rorem dixit.humore terreno paſci ſidera hoc argumento
Plinius docet:ꝙ orbe dimidio nonnunq̃ maculoſo cernantur:id
quod in luna potiſſimum ſpectamus.¶Paruo ſignãtur tempora
cornu:hoc ait ꝙ luna primo poſt coitum tempore corniculãs ap=
paret.¶Luxuriat opulentius ornatur.¶Cultu.ornatu.quid autẽ
proprie ſit cultus oſtendit Tertullianus:& ab eo nos in Tibullum
¶Comitantur.officij gratia ſequuntur. ¶Euntes. deas.nam cũ
ſequenti verbo coniungere frigidum eſt.Naiades.fontium Nym
phæ de quibus multa commode.Illud nolim te fugiat Venerem
Florã:Proſerpinam:& Fontium Nymphas:quas hic conueniſſe
poeta fingit:ſtudiorũ ſimilitudine iunctas eſſe:quapꝑter antiqui=
tas iis omnibus eodem genere:quod Corinthium dicitur:aras cõ
ſtituebat:vt ait Vitruuius.Sed de Flora ne forte qs ambigat:me
minerit illam pratorum numen habitam:quo deæ ſeſe conferunt
¶Stipant.pręmuniunt.inde ſtipatores laterũ cuſtodes:vt ſcribit
Seruius.¶Corona.totũdo cœtu.¶Quę fon.commemorat oẽs

Eraſinus fluuius.

amenos ſeceſſus & amnes proxima regione Syciliæ quorum ge
nios:& Nymphas proſerpinæ comites acceſſiſſe dicit.¶Eraſine

Eraſinos fluuios tris accepimus.vnum qui rigat agros argiuos:
Alterum q̄ ſecat arcadiæ tractus.tertium qui preterfluit Eretrios
in Bœotia.cuius Strabo meminit & Papin. Dyropumq; trahens
Eraſinus ariſtas Dryopes.n.populi ſūt ad Parnaſum q̄bus Apol Drio pes q̄ ꝛ vnde.
linis & Diæ Lycaonis filius nomen dedit.vt græcus autor ſcribit
Elius ego tamen hic Crimniſe legendum puto.Nam Siciliȩ flu=
uius Eraſinus nuſq̄ extat apud autores.Crimniſus vero Maronis Crimniſus
carmine Plutarchi noſtrorūq; hiſtoria celeberrimus eſt.& Aceſte amnis
filio quem ſuſtulit ex Egeſta Phinodamantis puella:in Siciliam Egeſta.
deportata cum ſororibus:edito Laomedontis.q̄ his Heſionem Aceſtes.
ceto exponere Phinodamantis factione coactus erat Hæc Ali=
carnaſæus Dionyſius & Interpres Lycophronis. ¶Concelebrāt
colunt & frequentant. ¶Pantagiam.hunc nonnulli vocant Hip Pantagias
patin Maro tamen & Silius Pantagian:quem Seruius a Sonitu
dictum putat:Claudianus απο του παντα αγειν quod obuia queq;
proſternat ac ſecum rapiat.Hoc.n.ſignificat ſaxa rotantē. ¶No=
menq; gelan qui præb.vrbi cunctas fere Siciliæ ciuitates a præ= Sicilie ciuitaſa ꝑter la
terfluentibus nomen traxiſſe ſcribit Duris Syracuſas:Himeram bentibus fl.
Selinunta:Phœnicuntem:Erycum:Camicum:Alycū:Thermū
Gamerinū:Gelan:Sed ipſe fluuius ita dictus eſt:ab atra nimia=
q; nebula quam exalat.quippe caliginem barbaro quodam noīe
Siculi Gelan vocant.autor Stephanus. Hellanicus & Proxenus Siracuſe
appellatā ꝓdūt:ab Hymari filio Gelono ex Aetna ſuſcepto Ari= Gela flu.
ſtanetus autē de Phaſe lide ſcribēs libro primo Ait Laciū & An= ꝛ vrbs vnde
tiphemum cōſuluiſſe: Apollinis oraculum:alterumq; ex iis An=
tiphemū: vatis pernaſiæ dictionē riſu ꝓſecutum:inde Coloniæ Gelonus
quam comunibꝰ auſpiciis vterq; deduxerūt: māſiſſe nomē Γελα:
q̄d eſt latine riſit. Artemon arbitratur ab amne nomē ſortitā atq; Himarus
Eutimū ꝑ Lacio noīat ex inſula Creta cōuenit ī Antiphemo:quē Lacius
& ipe Rhodiū fuiſſe ſcribit. ¶Quas.Nymphas.ſ.nutrit ¶Cama Antiphe mus.
rina.Syciliæ palus:vnde proxima regione ciuitas Camarina Syra
cuſanorum Colonia:vt refert Strabo.quom Duris neutro genere
Camarinū dixit:vt ante docuimus.eius incolȩ quam ſortem pe=
tiſſent an conduceret vicinam paludem:vrbi grauem:& quȩ peſti
lentiam plȩrunq; induceret exicare. Apollo reſpondit. μη κινειν
μαριναν.quo monebat: vt ſinerent Camarinam. Sed iſ ſpectata
prȩſenti tantum vt ūtilitate exhauſerunt qua parte non multo poſt Camarina
ingreſſis hoſtibus neglecte religionis pœnas dederunt. autor vnde.

Zenobius Camarina prætetea peſſimi odoris herba eſt:quæ cõcuſſa nauſeam facit vt legimus apud Suidã inde natũ prouerbiũ caue moueas Camarinã:quod aliis a ſuperiori hiſtoria manaſſe placet. ¶Pigra.nã paluſtres aquę ppetuo ſedent.vñ ſtagna dñr aut expreſſit illud Maronis.Fato nunq̃ conceſſa moueri ¶Latices Arethuſęi.Fons Arethuſæ qui pluribus in locis redditur in

Arethuſa fons vnde Abas

Eubœa cuius aquas q potant:a virtute bellica cõmẽdãtur Apollinis oraculo.eiuſdem Neptũniq; filius Abas fuit.vñ Chalcis:vt Ariſtocrates ait:appellata abãtis eſt Alter Boetiæ ꝓpe Thebas vt legimus apud Soli.Deniq; Didymus in Homeri cõmentariјs:octo memorat.vt verũ putẽ.qđ interpretatione gręci noĩs Heracleon Glauci filius ſcripſit.Arethuſam cuiuſcunq; fontis eſſe epi-

Abatis Eubea cur

theton.ab αρεθω frequẽtatiuo qđ ſignificat irrigo. Arethuſam ſicilię fontem celebrat Pindarus:in quo etiã iacta in Alphæũ reddũtur:vt inter naturæ miracula rettulit Ariſtoteles.

Alphęus.Cyane totum ſupereminet agmen.
Qualis Amazonidum peltis exultat ademptis
Pulchra cohors.quotiens arcton populata Virago
Hippolyte:niueas ducit poſt prælia turmas
Seu flauos ſtrauere Getas.ſeu forte rigentem
Thermodoontiaca Tanaim fregere Securi.
Aut quales referunt Baccho ſollennia Nymphæ

Alpheus Aſca fons Strabonis menda

¶Alpheus:is eodẽ fonte cũ Eurota cõcipitur in Arcadia. fõtem Dionyſius Apher Aſeã vocat:in quẽ demergi Eraſinũ.cuius añ meminimus:Strabo tradit.q̃q̃ in latinis eius Cõmentariis non Aſea ſed Abia corrupte legitur.Eurotas laconiã pter labitur:Alphęus Olympiã:q peloponeſiaco lateri infũditur:vt ſcribit Plinius appellatus a vitiliginibus quas emendat:nã vitiligenes αλφονσ gręci dicũt. ¶Auena nã caput in Arcadia tollit:vñ cuniculo depręſſ·is in Siciliã fluenta perducit:vt Timeo placet qđ fabuloſum nõ eſſe:captatis aliquot documentis cõpertũ eſt.plura leges apud Straboñe.

Cyane.

¶Cyane.Siciliæ fõs iuxta Syracuſas:q nõ virili ſpecie vt Anapus:ſed mulieris ore colebatur: vt ait Aelianus eiuſdem

Anapus

Nymphã Anapus amnis amauit q decẽ ſtadiis ꝓcul a Syracuſis

labitur:vt tradit Plutar .fabula extat apud Ouidiū. ¶Cohors le= Cohors
gionis pars.ea conſtabat ex viris ſeptingentis armatis:vt ait Cal
liſthenes:ducētis vt Ephorus:dimidio paucioribus:vt Plut.dicta
vero cohors eſt a ſimilitudine cohortis villaticæ:nā vt illa pluribꝰ
tectis:ita hæc ex inſtructis manipulis cōiungebatur autor Varro.
¶Amazonidū. Amazones (vt Ephorus in nono tradit) reuerſos
a bello viros:a quibus deſpiciebantur:intra mœnia nō receperūt Amazones que & vnde
obtruncātis etiam ijs qui domi relicti fuerant. Narrat Dionyſius
eaſdē Lybiam tenuiſſe:domitiſq; bello finitimis arma tuliſſe in
Europam:multaſq; illic vrbes:monumentū victoriæ:ab eiſdem
cōditas extare. Quin & ipſos Atlantes bellica virtute clariſſimos
prelio ſuperatos in poteſtatē redigiſſe. Zenothenis in Aethiopia
ſtatuit Amazonas:quę ſtato quodā anni tēpore:vicinorū cōcubitꝰ
appeterēt.necatoq; virili ptu:tm̄ virgines educarēt:non ocio aut Amazoni= das qua for= ma poete di cant.
lanificio:ſed armis.atq; venationibus exercentes. Infātum dexte
riores mām̄illas inurebant:ne ſagittarū iactus impediretur:vnde
nomen:vt Diodoro placet: Alij dictas aiunt ab Amazone puella
Samornę filia:cuius mater Samornꝰ Dianæ ſacerdos Epheſi
fuit & Regina: Neq; diminutiua forma hic eſt Amazonidum.ſed
porrectio:qua Rhodius Apollonius: Apherq; Dionyſius apud
græcos:& e noſtris Vergilius vſus eſt.iis enim quę viribus adeo
præſtiterunt diminutio non conuenit: vt ingenioſe ſcribit Eu=
ſtathius: hoc argumento Martialis in Cottam iocatus eſt . Bel= Martialis iocus enucle atus.
lus homo & magnus vis idem Cotta videri: Sed ꝗ Bellus homo
eſt Cotta puſillus homo eſt. ¶Exultat.ouat & leticia geſtit.allu=
ſitq; ad illud Vergilianum de Camilla: Exultat Amazon ¶Adē
ptis peltis omiſſis ſcutis:quę breuiſſima:atq; in modum dimidię
Lunæ geſtabant Amazones Verg. Ducit Amazonidum lunatis
agmina peltis Pentheſilæa furens. ¶Virago. heroice indolis
mulier. ¶Hippolyte. Hæc Amazonibus imperauit: paulo ante Hippolyte
bellum Troianum: quam Theſeus vxorem duxit. vt refert Cli=
demus. Alij cum Philochoro malunt Antiopen. ¶Populata ar
cton. debellatis ad Aquilonem gentibus.nam diripi niſi captæ
vrbes non poſſunt.aut abſolute prædata. Arcton preterea neutro Arcton.
genere. Cyzico mons imminet:vt Apollonius canit a Iouis nutri
cibꝰ quas illic in αρκτουσ .i.vrſas migraſſe tradūt. ¶Ducit.appo
ſite.nam qui cum imperio ſunt Duces:& exercitum ductare di=
cuntur.vſurpauit autem Maronis verbum de Pentheſilæa.quod

pauloante retulimus. ❡Poſt prælia.exhauſtis armis & parta vi=
ctoria.❡ Turmas quæ certabant ab æquis:& hoc in Amazonib⁹
commode:quæ poſt hominum memoriam primæ:ſi Lyſiæ rhe=
torici credimus:equos conſcenderunt.❡Niueas.candidas & for
moſas.❡Strauere.prælio fuderunt.❡Getas.hos.Apher Diony
ſius ad Aquilonem ſtatuit in Scythia:non procul ab Iſtro fluuio
Thraciæ contribuit Herodotus vtraq; Danubij ripa prætẽdi Stra
bo dicit:vt Myſos & idem Thracas.Geta ſeruile nomen eſt apud
Comicos nam inde venales ſerui mittebantur.Propterea Sedu=
lius quom ſcœnicas inſectaretur fabulas.Comicas actiones ex ea.
perſona quæ frequens inducebatur deſignauit.Tragicoue boatu
Ridiculoue Gete. Quis non multo magis ipſo Geta ridiculos
ducat?eos qui vegete legendum putant integra dictione?veges
quidem pro vini Cado(quod equidem ſciam)ponitur a palladio
ſed hic ita cõuenit:vt nihil minus.condonemus tamen hoc iſtis:
qui non poſſunt a mero diſcedere:cui ſemel addicti ſunt.Securi.
Securis Amazonum propria fuit:a Pentheſilæa Regina inuenta:
vt ſcribit Plinius:inde Amazones ipſe Securigeræ, Ouid. Prima
ſecurigeras inter virtute puellas ❡Thermodontiaca.Thermodon
vt de rebus Tigranis primo ſcribit Metrodorus:Araxes antea di
cebatur:Cappadociam perfundens quatuor ac centenis oſtiis in
mare ſe condit vt longo carmine tradit Apollonius ad eius ripas
Amazones conſediſſe Pherecydes autor eſt:in campo:quem Di=
antis appellari ſupradiximus.❡Tanaim.Scythiæ fluuium:quem
Caucaſi iuga fundunt:vt ait Dionyſius per patentes Scythiæ cã=
pos:magno aquarum auctu diffunditur:inde Tanais ab effectu
græci nominis dictus eſt:vt placet Euſtathio. Sylis Iaxartes:&
Amelines ab indigenis appellatus.Quippe nonnulla locorũ bar
bara nomina:ad græcam rationem reducũtur:vt docet Nicanor
Aſiam diuidit ab Europa Rhennius Fannius in orbis ambitu.
Europen Aſiæ Tanais diſiungit ab oris quaq; meotidi committi=
tur:eiuſdem nominis habet oppidum:quod alio verbo Emporiũ
dicitur:vt autor eſt Alexander Polyhiſtor:❡Rigentem.aſtrictũ
glacie:quod mirum non eſt:in ea regione vbi vinum concreſcit:
vt ſcribit Ouidius.duplex Amazonum ſedes fuit:altera in Scy=
thia:altera vero in Thracia. Sallu.Dein campi Threicij quos ha=
buere Amazones a Tanai fluuio.incertum quamobrem digreſſæ:
vtramq; Tanais & Getarum mentione poeta deſignauit.❡Aut

Amazones equos prime cõſcenderũt

Gete populi

Geta ſeru⁹. Seduli loc⁹

Thermodõ

Tanais amnis vnde.

Sylis. Iaxartes Amelines

Amazonum ſedes

quales. Comparatio, duplex imitatione Maronis & Homeri

¶Nymphæ. Liberi patris miniſtri. Sileni: Satyri: Bacchæ: Lenæ Thyiæ: Mimallones: Naides: Tytiri: deniq; Nymphæ dicuntur: vt ſcribit Strabo. q vites repreſentant: vt arbitratur Euſtathius. — Liberi p̄ris miniſtri

Mœoniæ. quas Hermus alit: ripaſq; paternas
Percurrunt auro madidæ. Lætatur in antro
Amnis: & vndantem declinat prodigus vrnam
Viderat herboſo ſacrum de vertice vulgus
Aetna parens florum: curuaq; in valle ſedentem
Compellat Zephyrum. Pater o gratiſſime veris
Qui mea laſciuo regnas per prata meatu
Semper: & aſſiduis irroras flatibus annum:
Reſpice Nympharum cœtus: & celſa Tonantis
Germina: per noſtros dignantia ludere campos
Nunc adſis faueaſq; precor: nunc omnia fœtu
Pubeſcant virgulta velis: vt fertilis Hybla
Inuideat: vinciq; ſuos non abnuat hortos.
Quicquid Thuriferis ſpirat Panchaia Syluis:

¶Mœoniæ. lydæ. nam lydi: quos antiquo nomine Mœonas appellari docuimus: præcipuo cultu Bacchum proſequebātur: vt eſt apd̄ Eurypidē is apd̄ eos arcana ſacrorū rōne Maſſares appellabatur: a quadā Cybeles famula cui nomē Ma: & Ares q græce: latine Mars. Nā quō Ma nutriēdū liberū ſuſcepiſſet: & Iūonē cęlar̄ cuperet. Martis eſſe filiū ſimulauit. inde liber Maſſiares & ab eo — Maſſares Liber apud Lydos

Maſtaurēſes in lydia populos exponit Stephanus. ¶Referunt.
inſtaurant. ¶Solennia. hic tantum feſta ſignificat. nam Bacchi
Baccus vñ — ſacra: nō quot annis: ſed triennio quoqꝫ celebrabantur: vnde Trie
terica dicta ſunt. ¶Bacchus lib. απο του βαχειν appellatus. i. ab in
condito vlulatu: quem Lymphatę mulieres in eius orgiis edebāt
Baccus co= rone genus. — adiecta littera. C. quo vaſtior ille mænadū ſonus in ipſo dei noīe
redderetur: autor Euſtathius. Eſt & coronæ ſpecies Bacchus apd̄
Hermus — Piſidem. Hermus. Smyrne campos interſecat in Ionia. de lapſus
a monte Dorylao: Phrygiam ſcindit a Caria quod Herodotus in
Homero tradit: & ¶Martianus. Eundē Iouis filiū fingit Home=
rus: Heſiodus Tethyos & oceani. ¶Percurrūt. nam Mænades
incitate capiebantur. ¶Auro madidæ. hoc ait: quoniam Hermus
auratas habuit harenas: autoritate Strabonis & noſtrorū notiſſia
¶Lætatur. cōparationis occaſione demonſtrat: quantopere libe=
rorum ſucceſſu parentes afficiuntur. ¶Amnis: fluuius qm̄ flexuo
Amnis. Annus. — ſo meatu labitur. ab Am: quæ particula. ſi Macrobio credim⁹: idē
valet qd̄ circū: inde vocatus eſt Annus vt placet Atteio. ¶Prodi
gus. maiores aquaꝶ auctus effundens. ¶Declinat. vergit. ¶Vr=
nam. Fluuiorum deos ita vetuſtas effinxit: vt aquæ manalem vr=
ceum tenerent. Vergil. Celataqꝫ amnem fundens pater Inachus
Aetna vel Enna semp in floribus — vrna ¶Aetna. vel Enna non opidū ſed loci genius. ¶Parēs flo
rū. campus Ennēſis in floribus ſemper eſt: & nullo non die ver=
nus vt ait Solinus: & Cicero. Sed vtroqꝫ prior Ariſtoteles inter
naturæ miracula flores illic tanta copia tantoqꝫ odore prouenire
ſcribit: vt neqꝫ Canes ſagire: neqꝫ niſi per vim abduci inde poſſint.
¶Viderat: vt numen. aut eſt dura tranſlatio. ¶De vertice: quia
ſummo incole ſita ciuitas eſt: vt ſcribit Strabo. ¶Herboſo. floru
lento. nam flores ab herbis ſunt. ¶Sacrum vulgus: dearū cœtū.
quanquam proprie vulgus eſt incondita multitudo. atqꝫ incōten=
zephyrus — tum fere trahitur. Gellius vulgus loquacium nebulonum. ¶Cō=
pellat alloquitur. ¶Zephyrum Fauonium qui flat ab occaſu ęſti
uo: vt refert Strabo. ¶Sedentem in curua valle Zephyrus in con
uallibus propterea ſedere fingitur: quoniā flores & herbę: quas:
vt canit Heſiodus eius aura producit: vberius illic proueniunt He
ſiodi carmen ita Catullus apud nos interpretatus eſt. Aura parit
Fauonius genitalis — flores tepidi fœcūda Fauoni. ¶Prīo gratiſſime veris. Prim⁹ an
ni cōceptus ē flare incipiēte Fauonio. vj. Id⁹ Februarias. Hoc em̄
maritātur vireſcētia. hic ē genital' ſpirit⁹ mūdi: a fouēdo dictus:

vt quidā exiſtimauere.ver inchoās. Catulitionem ruſtici vocant:
geſtiente natura ſemina accipere:ea que aīam in ferente omnibꝰ
ſatis. ℭ Pater veris.nam ver inchoat:vt ex Plinio recitauimus.
ℭ Gratiſſime quia formoſiſſimus tunc annus eſt:vt ait Maro.
ℭ Laſciuo meatu.quo ſpirante non ſolū plātis & ſatis ſed cūctis
aīantibus ac ipſis etiam hoibus veneris titillatio maior eſt.Hinc Cupido
Alcmæon Cupidinē Chloridos & Zephyri filium dixit. ℭ Irro zephyri filiꝰ
ras.apposite.Nā Roſcidus hic ventus eſt.Callimachus in Apolli ꝛ Flore
nē.Ζεφυρον πνειοντοσ εερσην.i.Spirantis rore fauoni.Ros autem
terram fœcundat:vt legimus apud Pliniū. ℭ Aſſiduis flatibus.
nā perpetuū ver eſt in cāpo Ennenſi. ℭ Celſa tonantis germina
nā tres iſtæ deæ filiaꝶ Iouis maxime cenſentur : & in dijs ſele=
ctis.vt Ennij teſtimonio Capella docet. ℭ Velis.iube.Contra Te
rentius iubeo Chremetem ſaluere. ℭ Virgulta.Syluas atqꝫ arbo=
res. ℭ Pubeſcant.pullulent & grauentur. ℭ Fœtu pomis ac flori
bus. ℭ Hybla.Hyblas in Sicilia tres omnino legimus.Hyblā co= Hybla
gnomento maiorē.quā Claudianus intelligit.aliā quæ minor di oppid.
cta eſt.cuius incolas Hyblæos Galeotas & Magarenſes vocabāt Hera ci=
quom a priore Hyblæi tantū dicerentur.Tertiam quam alio ver= uitas.
bo appellant Heran oīm minimam.Ex ijs vnā de rebus Siculis
quarto Tyellā dici Philiſtus refert.Italiæ præterea ciuitas Hybla
fuit. ℭ Siculis Hyblus vt vocat Stephanus:vt Thucydides,Hyblo
Rex nomen dedit. ℭ Fertilis.ſecunda mellis autoritas Hyblæ tri
buta eſt vnde licet conijcere eandē floribus abundaſſe:quos apes
ſectantur. ℭ Non abnuat. fateatur. ℭ Suos hortos qui florum co Panchea
pia præſtabant. ℭ Panchaia:Sabeoꝶ regio Thurifera ſoli conſe=
crata.quo rediuiuus Phœnix nidum defert. Ouidius in.x. meta=
morph.Sit diues amomo Cinnamaqꝫ coſtūque ſuū: ſudataqꝫ li=
gno Thura ferat:floreſqꝫ alios Panchaica tellus. Flagrantiſſimo
ſolis ſideri ſubeſt Arabia propterea gignit odoramenta quæ tūc Arabia cur
præſtantia multaque proueniunt quom ſolis ardoribus in terræ thurifera
venis humor excoquitur autor Theophraſtus repetit & Plutar=
chus in Alexandro.

Quicquid odoratus longe blanditur Hydaſpes
Quicquid ab extremis ales longæua colonis
Colligit optati referens exordia ſecli:

In venas diſperge meas & flamine largo
Rura foue: vt merear diuino pollice carpi:
Et noſtris cupiant ornari numina ſertis.
Dixerat ille nouo madidantes nectare pennas
Concutit & glæbas fœcundo rore maritat.
Quaqꝫ volat vernus ſequitur color oĩs in herbas
Turget humus: medioqꝫ patent conuexa ſereno.
Sanguineo ſplendore roſas Vaccinia nigro

Hydaſpes. ¶ Hydaſpes. Indiæ fluuius influit Aceſinem nauium patiens: vt
Arrhianus: eoque prior Strabo refert. ¶ Longe blanditur nã fra
grans odor Aromatũ quæ naſcuntur ad eius ripas etiam ab ijs q̄
procul abſunt ſumma cũ voluptate ſentitur & hoc ẽ quod ait blã
ditur. Blandiuntur enim nobis quæcunque iuuant. Ales longęua
Phœnix: qui ſexcentos & ſexaginta viuit annos: vt tradit Maniliꝰ
Phenix auis apud Arabas naſcitur: Aquilæ magnitudine capite honorato: in
conum plumis extantibus: criſtatis faucibus: circa colla fulgore au
reo: cætera purpureus abſque cauda: in qua roſeis pennis cæruleꝰ
inſcribitur nitor. moriturꝰ rogos ſibi ſtruit ex cinnamis & varijs
odoramentis concuſſuqꝫ alaꝝ incenditur. Vermiculus mox naſci
tur ex cineribꝰ: vnde alter Phœnix creſcit qui primũ reddit iuſta
Phœnici mortuo defertque totũ nidum in Panchęam ad ſolis vr
bem Ibiqꝫ collocat. Autores. Ouid. Plinius: & Solinus. Extat &
Lanctantij locus. Lactantij Firmani carmen: argumento Phœnicis & nomine: nõ
iniucundum. vbi vox Iulæa quid ſibi velit nonnulli quom ambi
gant: operepreciũ duximus dubium non relinquere. Iulus beſtio
Iulus quid læ genus eſt apud Lycophronẽ quam Centipedã vulgo vocant: &
Onos. Theophraſtus ad Phaniã ſcribens Onon. Significat & hymnum

Cæteris Eratoſtheni: Græcorum quę nonnullis pubertatē: quæ
nomen dedit Aſcanio vt inde forſan Iulæas voces liquidas ap=
pellarit:quales in pueris fere ſentimus vt aliqui ſuſpicantur quo=
rum ſententiā cur non probem facit:Quod primę Lanuginis ado
leſcentes:quos per Iulos intelligi voluerunt:liquida voce nō ſunt Iulis
immo tum primum virilitatē ſuam experti rauceſcunt. Placet igi
tur intelligas Iulæas voces ſuaues. Nam Iulis oppidum fuit inſu
læ Ceæ. Simonidis (vt Theocritus canit) patria:qui Melicꝰ a ſua Simonides
uitate cantus dictus eſt quod in Suidæ monumentis & apud Eu melicus.
ſtathium legimus. Idem primus ceciniſſe nenias dicitur: quarum
meminit Catullus. & Orat. ¶ Ab extremis colonis ab iis qui co
lunt vltimos orbis fines. ¶ Optati ſecli. Legitur & optato: ¶ In
meas venas ſpiramenta. ¶ Foue alluſit ad venti nomen:qui Fa=
uonius dictus eſt a fouendo:vt Plinij teſtimonio iam docuimus.
¶ Merear digna ducar. Carpi ſecari Diuino pollice: dearum di=
gitis vt ex agro meo deæ flores colligant. ¶ Cupiant ornari no=
ſtris ſertis. optent Coronari noſtris floribus. ¶ Dixerat hæc
Enna. Ille. Zephyrus. ¶ Concutit. agitat. Pennas. alas quas fabu
læ ventis tribuunt:vt antediximus. ¶ Madidantes: imbutas.
¶ Nectare diuina potio nectar eſt. ſed hic arcana vbertatis vis ī
telligitur quā ſatis & arboribus infundit Fauonius. ¶ Glæbas.
humum. ¶ Maritat plinij verbo vſus eſt. qui de Zephyro ſcribens
hoc inquit vireſcentia maritantur ideſt fœcunda reddūtur ¶ Fœ
cundo roregenitabili ſucco. ¶ Volat ſpirat ſed ad corpus & pen=
nas alluſit:quas pauloante vento tribuit inde nonnulli ſuperius
Carmen Qui mea la. reg. per. pr. meatu legere volatu maluerunt.
¶ Vernus ſequitur color ſuccedunt flores quā multi & varij ſunt Vernꝰ color
ineunte vere aut certe vernum colorem pro viridi poſuit a tempo
re quo vireſcunt omnia. Verg. & nunc omnis ager nunc omnis
parturit arbos. ¶ Turget. fermente ſcit a mulieribus ſumpta trā
ſlatio:quarum poſt conceptum tumet vterus. ¶ In herbas ad edē
dos flores:qui ſunt ab herbis vt dictum eſt. ¶ Medioqꝫ patent
conuexa ſereno. nam quom proximæ quæqꝫ regiones per anni
tempus ideſt hyemen nubibus prægrauantur ſolus Ager En=
nenſis ſereno fruitur Cælo. quod in eodem tractu Syracuſis
accidit. Solinus. Syracuſis inquit etiam quom hyberna con= Syracuſarū
duntur ſerena nulla non die ſol eſt. ¶ Patent conuexa apertū cæ amenitas
lū qđ in Serenitate fieri dicitur. Verg. Cæloqꝫ inuectꝰ apto. i. ſudo

¶Medio ſereno.nam quō vndiqꝫ circū loca nubila ſint:vt dixi=
mus mediū cæli ſpacium quod Ennenſibus cāpis imminet ſere
Coloꝝ vocabulā ex rebꝰ — num eſt.O ridiculos quoſdā qui cuiuſmodi homines ſunt:ad poe=
tæ ſenſum quō non aſpirarent:& mutilatū locū ſuſpicarentur:vt
oīa quæcunqꝫ ipſi non percipiunt:contexere ſagum purpuræ ten
tauerunt ideſt Claudiani verſibus ineptiſſimū ſuum carmen inſe=
rere. ¶Induit.nonnulli codices habent imbuit hoc eſt inficit qđ
Roſa quare purpurea. — non diſplicet. ¶ Sanguineo ſplendore.puniceo colore nam plæ=
runqꝫ ſcriptores ex ipſis rebus coloꝝ vocabulo mutuantur.& flā
meum croceum:aureum.Oſtrinum dicunt:& Sanguineum quod
hic ab hiſtoria poſuit Claud.alludens ad veneris cruorem quo ro
ſæ flos quom prius eſſet albus infectus eſt vt refert Aphthonius.
¶Vaccinia.Arbor hæc in Italia aucupioꝝ gr̃a tm̄ ſeritur:in gal=
lia tingendis ēt ſeruoꝝ veſtibꝰ eius tincturæ rōnē tradit Vitruuiꝰ
¶Nigra.Maronis epitheton.Alba liguſtra cadunt Vaccinia ni=
gra leguntur. ¶Pingit eadē ſnia ſi leges tingit vt alij ſcribunt.·.

Induit:& dulci violas ferrugine pingit
Parthica quæ tantis variantur cingula donis
Regales iunctura ſinus?quæ vellera tantum
Ditibus aſſyrij ſpumis fucantur aheni?
Non tales volucris pandit Iunonia pennas
Non ſic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hyems quom tramite flexo

Vaccinium — ¶ Ferrugine ex interpretatione Seruij:purpura nigriore. Si=
ue Cæruleo colore:quod Nonio placet.nam ferrugineos hiacyn
Ferrugo. — thos Verg etiā dixit.¶ Dulci alluſit ad illud Maronis ſuaue ru=
bens hiacynthus.¶Quæ cingula per comparationes amplificat
amenitatē pratorum.Cingula fœminino genere dūtaxat in eqs
dicitur. Ouidius·Cingula lædit equum neutro in hominibus.
Cingula Cingulum Parthi qui et vnde.·. — ¶Parthica.parthia quanta eſt a meridie rubrū mare a ſeptentrio
ne hyrcanum ſolū claudit in ea regna duodeuiginti diſſecatur in
duas ptes:vt ait Solinus'a ſchytis vñ trāſſugerent parthi vocati
ſunt ita.n.gentili ſcythaꝝ ſermone exules dicūtur:vt ſcribit Trogꝰ

Babylonicas a propinquo Zonas intelligit in modũ vernatio= Babylonie
nis angu inæ ideſt exuuiarum quibus ſenectutem coluber ex= ʒone
uit.has illi nouo nomine vocant Henias ita tereti textu:vt Mar=
ſyppia putes oblonga. Coccineo ſub tegmine:purpureo: & hia=
cynthino conſtant.ſtamine vero ad firmitatem & decorem biſſi
n o.ſic arte polymitaria diſtinctæ:vt varios in ijs flores & gem=
mas artificum manu non textas:ſed inſertas arbitreris. Hæc ac=
cepimus ex Hieronymo .Neq; non conuenit:vt ſimpliciter re=
gum Parthorum cingula intelligas qui pictis veſtibus vtebam
tur:vt tradit Plinius inde picti dicuntur a Martiale. Pictorꝫ ſola Parthorũ
baſiate Regũ. ¶Iunctura legitur & vinctura vtrũq; recte. ¶Re Reges
gales ſinus. Exageratio.nã reges luxurioſius veſtiuntur. Varian= picti.
tur.diſtinguntur. ¶Q uæ vellera.quæ lanæ.negat & hæc interro=
gatio. ¶Fuſcantur.in fideliorıbus & antiquis exẽplaribus:fucan Fucare
tur ſcriptũ ẽ q̃ lectio mihi magis adulatur ab herba fuco marinoq̃ Fucate.
veſtes in Creta tinguuntur:vt refert Plinius inde fucare & ab eo mulieres
paſſiuũ fucor quod eſt color:& fucatæ mulieres.quæ vitia corpo=
ris inductis coloribus tegũt. ¶Spumis Ebulliente Muricis cruo
re. ¶Ditibus opulentis.i.plenis:aut precioſis.nã purpura vel a ſa
turitate coloris vt Dibapha:vel a præſtantia cõmendatur. ¶Ahe
ni.Cortinæ. ¶Aſſyrij.Syrij.Nã Tyros & Sidon.vbi primæ Lau= Tyros
dis purpura tinguebatur.Phœniciæ ſunt vrbes:aſſyriæ contribu= Sidon
tæ.Sed Andro qui de rebus ponticis græce ſcripſit: Phœnicũ fi= Phenicia
nes Syros appellari non Aſſyrios autumat inde Cappadoces in Aſſyrij
quit: ad tollendã vocis ambiguitatẽ:Leucoſyri coniuncto nomi Syrij
ne memorantur.Philoſtephanus tñ eoſdẽ:quos Andro vocat Aſ Leucoſyrij
ſyrios:Syros dici cõtendit a Syro Sinopes & Apollinis filio Phi qui ⁊ cur
loſtephano Plutarch.accedit.quanuis apud eũ:Sinopes Aſotidis
mendoſe legatur.quõ Sinopes Aſopidis ſcribendũ ſit:ab Aſopo
amne q Sinopes pr̃ fuit:vt aphri Dionyſij carmẽ innuit.Nuſquã
maior autorꝫ incõſtantia. Eſt qñ Syros Herodotus accipit quos Syrus.
arabicũ pelagus alluit.Syriã p̃terea paleſtinam memorat:& in põ Sinope.
to Syros Thermodõtis & Parthenij fluminis accolas prope Ma Plutarchi
cronas.Strabo tñ Aſſyriã in proxima Babyloniæ regione nouit menda
in qua Ninus & Niſibus vrbes:& ad orientẽ ſolẽ deuexa Meſo= Cappado
potamiæ ps Adiabene.Syriã vero quæ cõplectatur: Aegyptios ces vnde
Phœnicas Cilices & aliquot Euxini populos:& ad vſq; Sinopem
pertendat.In aſſyrijs cũ Strabone conuenit Arrhianus, additq;

Cappadocas ita dictos a Cappadoce Nini filio: quõ prius aſſyrij vocarentur. Oppianus etiam poeta Cilix. cuius vt domeſtici quidem teſtis plurimũ valere debet autoritas: Tigridis amnis accolas Aſſyrios nominauit. Zenophõ Syros ab Aſſyrijs vbiq; ſeparat. Herodotus (vt ante dixi) confundit: Eoſdẽq; Syros a græcis Aſſirios a barbaris dici putat quẽ Cateruatim poetæ ſequuti ſũt & hic Claudianus. ¶ Non tales. non adeo ſpectanda pulchritudine varias. Volucris Iunonis. Pauo q Iunonia ales ẽ. Martial. Nũc Iunonis auis: ſed prius Argus erat. ¶ Iuuenalis. de Pauone vt Pueri Iunonis auem. Extat apud Ouidiũ fabula ſed is] tantũ tradit Argi. quẽ Mercurius extinxit: oculos in eius volucris pennas a Iunone tranſlatos: neq; qđ Martial. & alij prodiderunt Argũ ex homine in auen mutatũ| Quin teſtari potius videtur Ipſum pauonẽ i tutela Iunonis fuiſſe priuſq̃ Argus occideret. Qui de luminibus Argi carmen. eſt hoc. Excipit hos volucriſq; ſuæ Saturnia pennis Collocat: & gemmis caudam ſtellantibus implet. ¶ Pandit· explicat. p̃ſertim laudatus: vt Naſo canit. & aduerſo ſole qa ſic fulgentius radiant: omneſq; in a ceruum contrahit pennarum quos ſpectari gaudet, oculos autor Plinius. ¶ Incipiens hyems: Autumni periphraſis tradit Ariſtoteles poſt Autumnale æquinoctiũ: qualibet hora diei arcũ fieri. æſtate non fieri niſi incipiente & inclinato iam die. ¶ Redimitur coronatur. & alluſit ad ipſius Arcus imaginem: quæ dimidium Coronæ orbem repreſentat. ¶ Innumeros Arcu mutante colores ingenioſe tranſpoſuit illud Vergilianũ. Illa viam celerans per mile, coloribus arcum laſciuit & in hoc ſuo: more: noſter Ouidius. Qualis ab hymbre ſolet percuſſus ſolibus arcus Inficere ingenti longũ curuamine cælũ: In quo diuerſi niteant quom mille colores Tranſitus ipſe tamẽ ſpectantia lumina fallit.

Pauo. Iunonis auis.

Arcus q̃ñ frequentioꝛ.

Semita diſcretis interuiret humida Nymbis

Forma loci ſuperat flores. curuata tumore.

Paruo planicies & mollibus edita cliuis

Creuerat in collem niueo de pumice fontes

Roſcida mobilibus lambebant gramina riuis.
Syluaq; torrentes ramorum frigore ſoles
Temperat.& modico brumā ſi vendicat æſtu
Apta fretis Abies, bellis accomoda Cornus
Querquus amica Ioui.tumulos tectura cupreſſus
Ilex plena fauis Venturi præſcia laurus

¶Semita humida.Dubium non eſt inquit Seneca:Quin Arcus imago ſolis ſit roſcida & caua nube concepta. Videmus enimquō fiſtula aliquo loco rupta eſt aquam per tenue foramen elidi: quæ ſparſa contra ſolem oblique poſitum:faciem Arcus repreſentat. Idem videbis accidere ſi quando volueris obſeruare fullonem quom os aqua impleuit:& veſtimenta tendiculis diducta leuiter aſpergit apparet varios edi colores in illo aere aſperſo:quales in arcu fulgere ſolent. Huius rei in humore cauſam eſſe non dubitaueris.Quidem eſſe aiunt aliqua ſtillicidia que ſolem tranſmittāt quædam magis coacta quam vt tranſluceant. Itaq; ab illis fulgorem reddi:ab iis vmbram:& ſic vtriuſq; interceſſu effici. Arcum in quo pars fulgeat quæ ſolem recipit:pars obſcurior ſit quæ excludit. ¶Interuiret atqui videmus in eo aliquid flammei: aliquid lutei aliquid cerulei:& alia in picturę modum ſubtilibus ducta lineis:vt ante diximus ex Ouidio ſed iis colores aut remiſſi aut in tenti viridis omnes ſunt qui maxime in arcu ſpectātur:aut exponas interuiret:inter alios colores etiam viret.hoc magis placet. ¶Diſcretis Nymbis.ſectis nubibus. ¶Forma loci. Situs. Ennenſis campi.quam mira carminis energia poeta deſcribet. ¶Superat.excedit & longe præſtat. ¶Flores quos illic ſpectatiſſimos & copioſe naſci propoſuit. ¶Curuata tumore.Ordo eſt. Planicies curuata hoc eſt aſſurgens. paruo tumore.modica verruca (vt Cato vocat) & edita mollib⁹ cliuis clemēter educta ſenſim ſeſe tollentibus iugis creuerat in collem collis autem monticuli nomen eſt.Neq; vero (ſi Diodoro credimus) penitus hæc loci deſcriptio ficta eſt. ¶Fōtes.perēnis aq̄ ſcaturigines a fūdendo

Arcus cœleſtis quid & vnd.

Fons vnde
Pumex

¶Niueo de pumice.legitur & miſſi.hoc eſt manantes de pumi-
ce quod leuiſſimum tophi genus eſt immodũ ſpõgiæ putre in Si
cilia maxime reperitur.liquefactis Aetnæ incendio lapidibus in
de Catinenſis pumex a Iuuenale dicitur. Si tenerũ attritus Cati-
nenſi pumice lumbũ quẽ ceteri maſculino genere dicunt·vnus
Catullus etiã muliebri. ¶Lambebant:leniter alluebant ¶Grami
na herbidũ ceſpitẽ. Roſcida.ſtillicidijs aſperſa.vel ab aquis proxi
Riuus. mi fontis humida. ¶Riuis·aquæ canalibus. Eſt autẽ riuus:vt ait.
Vlpianus depreſſus per longitudinem locus quo aqua decurrit.
¶Mobilibus.propriũ aquæ labentis epitheton.ſed ad loci quo
Sylua que grãm non nihil ſpectat nam quæ ſtant aquæ minus iucundę
Lucus. ſunt ¶Sylua. Syluam pro luco poſuit quanuis ea propriæ dicatur
vnde materia ceditur:a græco quod eſt υλη Lucus vero ſacer ẽ &
inceduus qualis hic ipſe de quo Clau.ab Ouidio deſcribitur ¶Tẽ
perat remittit ac frangit. ¶Ramorꝝ frigore. Expreſſit illud Maro
nis Frigus captabis opacũ .i. vmbrã. ¶ Soles torrentes.nimios
æſtus anni. Soles apud Libaniũ dies ſignificat vt quõ dicit irã nõ
Soles. eſſe producendã in multo ſoles apud Oratium calores. reſponde
ſolibus aptum. Vendicat ſibi quodã quaſi iure. ¶Brumã hyemis
algores. ¶Modico æſtu quã minimo calore.nã penitus excludi
Abies apta non poteſt Quod ſi medio leges intellige feruentiſſimũ anni tem
nauigijs.·. pus illic nõ ſentiri. ¶ Apta fretis abies quæ fabricandis nauigijs
expetitur.in malis antenniſq; præſertim propter leuitatem. In Ae
gypto ac Syria reges inopia abietis cedro ad Claſſes ferũtur vſi
Cornꝰ arbor vt eſt apud Plinium. ¶Cornus arbor notiſſima. ¶ Accommo-
da vtilis atque idonea. ¶Bellis quod inde fiunt arcus alioqui nõ
poteſt videri materies propter exilitatẽ:ſed lignum nõ alio pene
Quercuus quã ad radios rotarum vtile. ¶Quercuus amica Ioui. Quercꝰ
cur Ioui ſa- in tutela Iouis ac Iunonis erat vt ſcribit Plut.in quæſtionibus vn
cra.·. de qui Ciuẽ ſeruaſſet in prælio:quernã Coronã accipiebat quod
vetuſtas eoſdem deos vrbium preſtites exiſtimabat.huic arbori
acceſſit honos ex quo parienti Iouẽ Rheæ latebras in Arcadia de
dit vt ex Callimachi carmine recitauimus. ¶ Amica.grata. ¶Tu
mulos tectura cupreſſus. Diti ſacra Cupreſſus eſt:atq; ideo pro fo
Cupreſſus, ribus ædiũ poſita funeris erat indiciũ:quod tradit Plinius. aliam
quare feral. præterea cauſã reddit Põpeius.quod arbor hæc reciſa non repu-
lulat:ſicut ex mortuo iã nihil eſt ſperãdũ. ¶Ilex plena fauis alluſit
ad illud Maronis. Et durę quercuus ſudabunt roſcida mella.

Nam robora ferũt vt Heſiodus autor eſt, conſtatq; rores melleos e cælo cadentes: non aliis magis inſidere frondibus. Porro quer-quus Ilex & Robur e glandiferarum genere ſunt: & inuicem po-nũtur apud poetas Ouidius. Flauaq; de viridi ſtillabant Ilice mel la. Tibul. Ipſæ mella dabant querquus. ❡ Venturi præſcia laurus. Arbor Apollini ſacra laurus eſt & futura præſentit nam nihil eque tanto concrepitu flagrat: vt ait Lucretius & eo prior Theocritus. vnde futuros antiqui captabant euentus: vt Porphyrius apud græ cos refert. fragoſius. enim combuſta felicitatem portendere crede batur Tibulus Laurus vbi bona ſigna dedit gaudete Coloni. Cõ tra ſi tacita conflagraſſet: triſte erat auguriũ Propert. Et tacet ex tincto Laurus aduſta; foco. Quid ſi venturi præſciam ꝓpter puel-lam Daphnem poeta dixit? ea filia fuit Amyclæ: vt de Amãtibus ſcribens ait Parthenius: cui ex homine in laurũ mutatæ diuinos honores Spartani decreuerunt: & fanũ. vnde certiſſima reddebã-tur oracula. quapropter eandẽ mutato priore nomine Paſiphaen vocauerunt: autor Plutarchus in Agide. Promittit inſuper An-tiphon: & Philochorus: quibus Artemon atq; Serapion Aſcalo-nites aſtipulantur. ſiquis lauri frondes puluillo per noctem ſubie-ctas habuerit: vera ſomnia viſurum: quod repetit etiam Fulgen-tius: vt inde Claudianus epitheton dederit.

Mel in quer quucus.

Laurus vẽturi præſcia cur.

Daphne

Paſiphae ſpartanorũ numen qd

Fluctuat hinc denſo criſpata cacumine Buxus.
Hic hederæ ſerpunt. hic Pampinus induit vlmos:
Haud procul inde lacus (Pergũ dixere Sicani)
Panditur: & nemorum frondoſo margine cinctus
Vicinis palleſcit aquis. admittit in altum
Cernentis oculos: & late peruius humor
Ducit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus
Imaq; perſpicui prodit ſecreta profundi.
Huc elapſa cohors gaudet per florea rura
Hortatur Cytheræa legant. Nunc ite ſorores

Dum matutinis prçſudat ſolibus aer:
Dum meus humectat flauentes Lucifer agros:

Buxus
Pyxos
Buxentum

¶Buxus. Arbor quam πυξον græci vocant: vnde quod oppidum græci cũ Strabone Pyxunta: noſtri Buxentum dicũt in ſinu Poſſidoniatę: ab hac arbore quæ copioſa illic prouenit. ¶Fluctuat. nã leuibus auris impulſa maris vndabundi motus exprimit. Vergilius. Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cythorum. ¶Criſpata. ſpirante vento vibrata. Maro Bina manu late criſpans haſtilia ferro. ¶Denſo. quia viridis ſemper eſt: & foliis concauis ac nũq̃ pfluis. Ouidius. Perpetuoq; virẽs Buxus tenueſq; myricæ ¶Hic ibidem. ¶Serpunt. hoc ait quoniam lentæ ſemper humi repunt: nec abſque aminiculo ſolæ ſtant. præter eam quæ inde appellata Ciſſos ẽ. Ouidius. Vos quoq; flexipedes hederæ veniſtis aut hoc ait quoniam tenaciter ad'moris hærent: & ſe ſpargendo dilatant. inde Perſius ſequaces appellauit. Quorum imagines lambũt hæderę ſequaces: & in Maronis Iuuenilibus legitur. Serpentes hæ-dere vix habuere locum. ¶Pampinus. vitis aperte totum. nã latiora folia vites habent. Naſo Pampineæ vites & amictæ vitibus vlmi ¶Induit. implicat: ac vmbra veſtit. ¶Vlmos. quibus adiũgi gaudent vt refert Plinius: & maro Vlmiſq; adiungere vites cõueniat. inde Catullus Vlmum vitis maritum dixit. ¶Haud procul. non longe. ¶Inde. ab hoc loco. ¶Panditur. diffunditur & late patet. ¶Frondoſo margine cinctus. cuius ambitum circũdant arbores. de quo paulo poſt ex Ouidio. ¶Palleſcit alluſit ad paluſtris aquæ colorem qui luridus eſt. ſed & quæcunque aquæ pallere dicuntur. Sedulius Fuſas in vinum conuertit aquas: amittere: gaudent Pallorem latices: ¶Admittit in altum cernẽtes oculos. ad imum perſpicuus eſt. ¶Late peruius. vndiq; penetrabilis. ¶Admittit. non excludit. ¶Viſus. oculos Quintus Serenus in medicamentis Summa boni eſt alacres homini contingere viſus ¶Inoffenſos. quos nihil remoratur: aut impedit: quin acie tranſmiſſa interiora laticum deprçhendant. ¶Sub gurgite. quia tranſitionem ſignificat ſub gurgitem dicendum fuit. Sed vergilium ſequutus eſt qui hac eloquutione indifferenter vſus deprenditur. Vt eſt. Conditus in nubem: & nota conduntur in aluo. Item ſæua ſedens ſuper arma. Et gemina ſuper arbore ſidunt. Audacius Ae-

Criſpata
Criſpans

Hedere lẽte

Pampinus

Vites in vlmis

Aque pallide.

neidos primo. Rapuitq; in fomite flammam. Sed & Cicero Q. q̃
ille in capite ab hoſtium duce inquit acceperat:& tertia in verrem
actione. Et ſi fortes fueritis in eo quem nemo auſus eſt defende
re. ¶Liquido puro. ¶Prodit. oñdit. ¶Ima ſecreta. ſupremos re
ceſſ⁹ ¶Profūdi. perſpicui vitrei vadi. ¶Pergū dixere Sicani. Pa Pergus.
rentheſis. eundem perguſam non pergum Naſo dixit Haud ꝓcul Perguſa.
Aetneis lacus eſt a mœnibus altus Nomine Pergu ſa. non illo
plura Cayſter carmina cicnorum labentibus audit in vndis Syl=
ua coronat aquas cingens latus omne ſuiſque Frondibus vt velo
Phœbæos ſummouet ignes Frigora dant rami varios humus
humida flores Perpetuum vere eſt. nec mirum nam qui pruſiadi
mons imminet a multis Argathone: a quibuſdã Argathon etiã Argathone
appellatur. aliaque n onnulla ſimiliter: vt legimus apud Stephanũ Argathon
¶Cohors virginum cœtus. ¶Per florea rura ſ Maronis hemiſti
chium. ¶Cytherea. venus. ¶Hortatur. acuit & incendit: vt occa=
ſionem rapinæ daret. Legant. decerpant flores. ¶Nunc ite So=
rores verba Veneris puellas inflãmantis ad illud iūlegēdi flores?
¶Dum aer. donec cælum. ¶Præſudat. irroratur. Plinius loquẽs
de melle libro. x. ſiue ille eſt cæli ſudor. ¶Solibus matutinis. oriẽ
te iam ſole. Nam Matuta quę diem proferret dea putabatur: a bo
nitate quaſi Matura dicta: vt verrius ait Lucre. Tempore itẽ cer= Matuta
to roſeam matuta per oras Aetheris Auroram defert: & lumina
pandit. ab hac Matutinum Naſo. Radis iuga ſubdita matutinis. Matutinũ
¶Lucifer. infra ſolem ambit ingens ſidus appellatum Veneris: Lucifer
præueniens ſolem Luciferum nomen accipit:& diem maturat.
Contra ab occaſu refulgens appellatur veſper: vt prorogans lucem
quam naturam eius Pythagoras ſamius primus deprehēdit. Vi=
truuius & Plinius autores. ¶Meus. Optimo iure ſidus ſibi vendi
cat: de quo (ſi credimus Erathoſteni) ſumma contentione cum au
rora certauit. Nam Cephali filius & autore fuiſſe dicitur: vt Higy
nus etiam refert. Alij Iunoni: quidam Mercurio tribuerunt q̃d
is primus menſes inſtituerit:& ſiderum curſus præuiderit. Euhe=
merus ait primam Venerem Aſtra conſtituiſſe: edoctumq; ab ea
Mercurium. ¶Humectat. madefacit: ad decidentibus guttis aſ=
pergit ¶Agros flauentes. Vergilius Lyciæ flauentibus aruis. ſed
hoc ideo minus aptum: quoniam per hyemem res geritur quãdo
nondum maturæ ſunt ſegetes: ad quas epitheton Maronis alluſit
aut flauentes hic dixit floribus picturatos. quod minus placet.

Roranti prouectus eq ꝛo ſicfata doloris
Carpit ſigna ſui varios tum cætera ſaltus
Inuaſere cohors. credas examina fundi
Hybleum raptura thymũ:quom cærea reges
Caſtra mouent:fagiq́ꝫ cauo demiſſus ab aluo
Mellifer electis exercitus obſtrepit herbis.
Pratorum ſpoliatur honos hæc lilia fuſcis

Aurore Jugales. Carpere. Adonis et eius mors

¶Prouectus equo. Fabulæ ſoli. Quadrigas: Lunæ bigas: Auroræ Luciferoq́ ſingulos tribuunt equos Lycophron Auroræ dat Pegaſũ. Tibullus etiam Iugales Hunc præcor hunc illum nobis aurora nitentē Luciferum roſeis candida portet equis. ¶ Roranti nã Luciferi ex ortu ros cadit. ¶Carpit vngue ſecat & legit. inde carpere cuipiã detrahere. Martialis. Carpere vel noli noſtra vel ede tua. ¶Signa ſui doloris. Cynaræ Cyprioꝝ Regis & Myrrhæ filiæ furtiuo concubitu natus eſt Adonis vt narrat Ouidius in decimo metamorphoſeon: Theodorũ ſequutus qui tēporibus Cleopatræ claruit eodēq́ꝫ argumento libros & inſcriptione græce cõpoſuit. Hũc adultũ Venus habuit in delicijs & ab apro extinctũ: vel vt alij tradunt ab ipſo Marte riuali ſub eius animalis ſpecie luxit impatientiſſime: inque ſui nominis florē conuertit quē nunc intelligit Claud. Nonnulli tamen cũ Politiano vetuſtam lectionem interpolant: & ſcribunt Cruoris: atq́ꝫ ad Roſam referunt quæ quõ prius vnius tm̃ generis eſſet & alba: ſanguine veneris infecta purpureum colorē traxiſſe creditur quom ad opē Adonidi ferendã accurrens dea vepribus offendiſſet vt refert Aphthonius. Plus tamen apud me antiquorũ codicum fides & autoritas valet: quorũ habendam rationem doctiſſimus quiſq́ꝫ omni tempore iudicauit in quibus doloris vbiq́ꝫ ſcriptum nec vſquã cruoris adnotaui quõ præſertim roſas paulopoſt poeta commemoret: magnumq́ꝫ necati pueri Veneris dolorem fuiſſe: contra leuiter accepta plagæ perexiguũ indicio illud eſt quod alterius gratia inſtituta ſunt ſacra: in quibus matronæ paſſim per vrbes cadaueribus ſimiles imagi

nes collocabant: & ad ipſos tumulos inſtar earum quæ mortuos
efferunt profundebantur. qui dies Adoniorum feſtus Athenis trã Adonia
ſigebatur: vt eſt apud Plutarchum. ad repreſentendas lachrymas Sacra.
quas amiſſus veneri puer excuſſit. Eundẽ romanis etiam Cerimo
dijs inducta Venus in theatro plorabat (Si prudentio noſtro cre=
dimus) hoc inter proba Deorum cultoribus obijcienti Meretrix
Spadonẽ vulneratum ſcænica: Libidinoſo plangit affectu palam
Necte Lupanar Cypridis ſanctæ mouet. Quinetiam Veneris in
monte Libano ſimulacrum obnupto capite viſebatur: ſpecie triſti
faciem manu læua intra amictum ſuſtinens. ac (vt inquit Macro=
bius lachrymæ ſpectantium opinione manare creduntur & ex eo
Suillum genus ſemper inuiſũ Venus habuit vt docet Feſtus. Spi
næ vero non minus quam debuit notam neglexit adeo vt eius
florem receperit in tutellam Veneris & Adonidis etiam feſta ma
gno mortalium conuẽtu. Seſti celebrabãtur in Helleſponti fauci=
bus: vt Muſæus in Leandro canit: ¶ Tum poſt Veneris hortatꝰ
¶ Cætera Cohors relique virgines. ¶ Credas putares. ¶ Exa=
mina fundi periphraſis Apium. Fundi Fundus eſt. Quicquid ſo
lo continetur. Ager vero fũdi ſpecies ad hominum vſum compa
ratus. autor Modeſtinus nomen a fundo vaſorum cuius ſimilitu=
dinem gerit nam vterq; planus eſt vt ait Pompeius. ¶ Thymũ
hanc herbam appetunt apes Verg. Dũq; Thymo paſcentur Apes
dum rore Cicadæ. ¶ Hyblæum ab Hybla Siciliæ ciuitate de qua
diximus eius ager floribus & Thymo abundat vnde apes paſtæ
mel optimum conficiunt. Ouidius Nam neq; quot flores ſicula
naſcuntur in Hybla: Quot ve ferat dicam Spica ciliſſa crocos. Reges ad
¶ Quom reges. Apium quę reipublicæ ſpeciem gerunt. habẽtq; nocendum
reges qui ſoli ex apiũ genere aculeo carent vt ait: Ammianus : ad paratos eſſe
indicandum reges ad nocendum paratos eſſe non oportere Qđ nõ oportere.
non intellexit crudeliſſimus ille Tyrãnus qui pulcherrimã totius
Italiæ orã tot affecit cladibus: ſed non potuit melius imperium
retinere quã arripuit qui fratris ſui filium: dominandi cupiditate
veneno ſuſtulit. ¶ Mouent. educunt Caſtra cerea alluſit ad apium
naturã q̃ quõ ad opus exeunt exercitum repreſentant. Eſt enim Apũ natura
tum ſtatio ad portas more caſtrorũ: quies in matutinũ donec vna
excitet omnes gemino aut triplici bõbo: vt buccino aliquo autor
Plin. plura leges apud Maro. Exercitus mellifer. perſtat in meta=
phora ¶ Demiſſus egreſſus. ¶ A cauo fagi aluo. a ligneo loculo

Aluus apiū quo mella condunt. Pli. de fauis. Aluum nūc contingunt obliq̄ nunc rotundi qualiter aluus poſcit. vſurpat & faginum pro ligneo Tibullus. Faginus aſtabat quom ſcyphus ante dapes: vel ai boris Herbe qu as antiquæ cauernas intelligit quas Apes plærunq; ſubeunt & mel le ſtipant. ❡ Obſtrepit bombitat. ❡ In herbis electis nam quaſdā Apes ap= petunt non omnes inuolant Thymum Apiaſtrū: Roſam: violas: Lilium Cythiſum: Caſiam: Melilothum: Meliſſophilum: Cerynthā ❡ Hęc ex iis aliqua. ❡ Intexit. plectit ac conſuit. ❡ Spoliatur: diripitur Honos pratorum flores ſignificat. ❡ Fuſcis. ne purpereas accipe res quæ græco nomine a cæteris diſcernuntur appellate hyacyn= thi quod ſcribit Plinius & in ſequentibus annumerantur.

Intexit violis hanc mollis Amaracus ornat.

Hæc graditur ſtellata roſis hęc alba liguſtris.

Te quoq; flæbilibus mœrens Hiacynthe figuris

Narciſſumq; metunt: nunc inclyta gramina veris:

Præſtantes olim pueros tu natus Amyclis.

Hunc Helicon genuit te diſci perculit error.

Hunc fontis decepit amor. te fronte retuſa

Amaracus. ❡ Hanc aliam. Dictycos. Ornat. redimit & coronat. ❡ Amarac⁹ Aegyptus & Syria Sampſucum vocat. Siculi (ſi Diaſcoridi credi mus) Amaracum & Apte verbo Siculæ gentis vſus eſt: quom res Ephyra ci= uitas. in Sicilia geratur. Amaracus item Theſproti filius fuit Ephyri pa ter: a quo Epiri ciuitas Ephyra cuius in Odyſſæa meminit ho= merus ❡ Mollis plumei tactus. Eſtque Maronis Epitheton. vbi mollis Amaracus illum floribus & dulci ſpirans complectitur vmbra. ❡ Graditur. incedit. ❡ Stellata quibuſdā velut ſtellis or= nata. ❡ Alba lyguſtri candidis lyguſtris floribus compta Verg. Alba lyguſtra cadunt vaccinia nigra legūtur. Eſt autem lyguſtrū Lyguſtrum. arbor oleæ folio ſemine Coriandri: flore cādido: & mirum in mo dum odorato: coquitur hoc in oleo premiturq; poſtea quod Cy=

primum vocatur:ab ipſa planta quæ Cypros alio verbo dicitur:a cu | Cyprus vñ.
ius vbertate Carpathij maris inſulæ nomen inditum quibuſdam
placuiſſe ſcribit Euſtathius. ¶Hiacynthe. Hiacynthus Amyclæ | Hiacynthꝰ.
filius fuit eius quo Daphnem puellam Philarcus editam ſcribit ex | Daphne.·.
matre Diomede vt addit interpres Nicandri:quem pro Daphilo
citat Enarrator Theocriti. Suſtulit & Amyclas Leucippum Arſi
noes puellæ patrem:cui teneræ cognomentum Coronis acceſſit: | Coronis.·.
vt de conditoribus Gnidi ſcribens ait Ariſtides hæc Appollini
peperit Aeſculapium.eiuſq; dei ſagittis extincta eſt quod Elati fi | Aeſculapiꝰ.
lio cui nomen Iſchys erat:furtim cohæliſſe depræhenſa eſt hiſto= | Iſchys Ela
riam refert Heſiodus & artemon. Mendæ pertinax indoles inua= | ti filius.·.
luit apud Higynum in quo duobus in locis Scin calci filius pro Iſ | Higynij locꝰ
chys Elati filius ſcriptum eſt. ¶Mœrens.qui tuum fatum defles
aut Apollinis gemitus repræſentas. ¶Flæbilibus figuris nam no
tas habet in folijs αι αι:quibus dolentis apud græcos affectus ex
primitur.Ouidius ipſe ſuos gemitus folijs inſcribit: & αι αι Flos
h; inſcriptũ:funeſtaq; lr̃a ducta ē q Salaminē incolunt Aiace mor | Aiax ĩ florē
tuo tunc primum apud ſe florem enatum aiunt quem fabulæ cum
hiacyntho confundunt:Pauſanias vt diuerſum memorat de quo
Maronis in buccolico carmine ſcriptus eſt. Dic quibus in terris in
ſcripti nomina regum Naſcantur flores & Phyllida ſolus habeto
¶Narciſſum Lilij genus radice carnoſa atque odora flore purpe | Narciſſus.
reo:folia ab radice habẽs harundineis ſimilia:niſi qđ aliquanto
ſunt craſſiora:dictus ab eiuſdem nominis adoleſcente. Cephiſi fi=
lio ex Liriope Nympha ſuſcepto quem in eundem florem muta=
tum ex fabula cauit Ouidius. ¶Inclyta gramina preclaros flores
Veris.nam per id tempus vbertim flores naſcuntur. ¶Olim quõ
dam. ¶Præſtantes pueros eximia forma adoleſcentes. ¶Tu.ſ.
Hiacynthe. ¶Amyclis oppido laconiæ:de quo diximus. Neq;
nos decipiat Ouidius. ¶Te quoq; Amyclide poſuiſſet in Aethe= | Ouidij locꝰ.
re Phœbus. Illic enim non gentile nomen eſt:vt pleriq; arbitran=
tur:ſed patronymicum. Nam filius amyclæ fuit Hiacynthus.vt
propoſuimus. Similiter apud Vergilium Mygdonides non a lo=
co ſed a Mygdone patre Corœbus eſt quem proceri corporis & | Corœbus.·.
ignaui fuiſſe tradit Zenobius vecordemq; adeo vt maris vndas | Mygdoni=
enumeraret ſuo iure Solopachius noſter expoſtulat:quod eum | des apud
Corœbi nomine compellarim:qui quom ſtultitia Corœbo non | Verg. cur.·.
cedat:corporis tamẽ indole ſuperatur. ¶Hunc alterũ.ſ. Narciſſũ.

Helicon ¶Genuit:edidit. ¶Helicon.altiſſimus Bœotiæ mons ad Aqui
lonē per naſo proximus:vterqꝫ Muſis ſacer eſt:vt ſcribit Strabo
Heliconiades. vnde Heliconiades apud Heſiodum Muſæ.Lucret.Adde Helico
niadum comites quorum vnus Homerus. ¶Te.ſ.Hiacynthum.
¶Perculit.vulnerauit atqꝫ extinxit. ¶Error diſci.quē tu per im=
prudentiā tollere feſtinabas:vt eſt apud Ouidium.nam qui fruſtra
to dei iactu factum dicunt:expiandi mihi videntur. Eſt autem
Diſcus Diſcus concauus & planus lapis:quo non pueri ſolum (quod qdā
ſcribunt) ſed indolis heroicæ viri græce in Gymnaſio exerceban=
tur:dictus a Δικω verbo quod eſt iacio:nā iactabatur a lutæ vin=
ctus aut ſolus:in quo referendo & periculum erat:& apparebat
ars.Sunt & qui diſcum orbiculatum fuiſſe tradant: quibus Am=
monius non accedit.Superiora Triphon de proprietate græci ſer
monis libro.v.Pindarus etiā Diſcos lapideos appellauit. ¶Hūc
Narciſſi furor. Narciſſum. ¶Decepit.fefellit. ¶Amor fontis:Nam quom labo
re venationis & æſtu languidus ad proximum fontem decubuiſ
ſet:imaginē ſuam conſpicatus:in proprios amores exarſit.nimio
qꝫ ſui deſiderio contabuit.Statius in Etruſci balneum.Hic te pſ=
picuum malles Narciſſe videre.Fabulam narrat Oui.. ¶Te.Hia=
cynthum. ¶Luget raptum queritur.

Delius:hunc fracta Cephiſus harundine luget.
Aeſtuat ante alias auido feruore legendi
Frugiferæ ſpes vna deæ.nunc vimine textos
Ridentes Calathos foliis agreſtibus implet.
Nunc ſociat flores:ſeſeqꝫ ignara coronat:
Augurium fatale tori Quippe ipſa tubarum
Armorumqꝫ potens:dextram qua fortia turbat
Agmina:qua ſtabiles portas:& mœnia vellit
Iam leuibus laxat ſtudiis.haſtamqꝫ reponit.
Inſolitiſqꝫ docet galeam miteſcere certis.
Ferratus laſciuit apex:horrorqꝫ receſſit

¶Delius. Apollo ab inſula.cuius ante meminimus Delo.vel ab eiuſdem nominis monte Laconiæ prope Tegyram:ad cuius radi ces Apollinis olim Fanum:ſub Enchecrato ad perſicum vſq; bel lum vaticiniis claruit:duobus iuxta fontibus mira ſuauitate atq; aquarum copia frigoreq; manantibus. quorum alterum Palmã: alterum Oliuam Plutarchus aduſq; ſua tempora vocatum refert. Enixamq; illic Latonam obiecta apri ſpecie ſe præcipitẽ miſiſſe ex alta ſpecula:quæ religionis gratia ab incolis oſtentabatur. Py= thonis etiam fabula ad ſe tranſlata.cuiuſmodi apud Delphos ge= ſta narratur.Oliuam fontẽ Catullus intelligit in ſacro Dianæ car= mine.Quam mater prope Deliam depoſuit Oliuam. quem locũ decimo abhinc anno primi omnium declarauimus:quom cæteri poetam cum Strabone committerent.Neq; mentiri me ſinet Ti= deus actianus vir & doctus & integerrimus:quo tum præcepto= re in litteris vtebamur:non Aelius Gorgonius:aut Puſius florẽ= tinus in ſtudiis noſtris eminentiſſimus:qui noſtri tum naſcentis ingenij dexteritatem cõplexus:in margine ſui Catulliani codicis adnotauit.poſſem præterea ſexcentos adiicere:qui rem ita(vt di ximus eſſe)probe tenent:ni vererer Sanctiſſimis viris iniuriam facere ſi ſuam fidem quaſi minus per ſe firmam:noui teſtimonij autoritate fulcirem:Quid tamen refert?quom nonnulli inuenti ſint:qui noſtrum qualecunq; hoc inuentum:pro ſuo recitent ac oſ tentent?Sed quo pudorem plagiaris iſtis imponamus:ecce muta ta ſententia:ad ipſam etiam arborem referri poſſe contendimus ex Ouidio:qui.vj.metamorph.ita latonam circuitione deſignat. Illa ſuam vocat hanc cui quondam regia coniunx Orbe interdi= xit:quam vix erratica Delos Errantem accepit:tum quom leuis inſula nabat.Illic incumbens cum Palladis arbore Palmæ Edi= dit inuita geminos Latona nouerca.Strabo tamen Oliuæ arborẽ & Latonæ partum in Ortygiam Ioniæ Lucum tranſfert.quod mi rum videri non debet:nam quom hominum opinione receptum eſſet Latonam in nixu Palmæ & Oliuæ incubuiſſe: vt meminit etiam Theognis quicunque Apollinis & Dianæ incunabula ſibi vendicabant:ad confirmandam vetuſtatis fidem:eaſdem arbo= res apud ſe quiſq; demonſtrabant.In Ioniæ Luco:quem Strabo vocat Ortygiam:natam eſſe Dianam:canit Orpheus & Homer⁹ in hymnis:Apollinem vero Deli. ¶Fronte retuſa.perfracto ce= rebro.Sed præſtat ad ipſum deum referre:cuius in fronte radios

Delius vñ
Delos mõs

Oliua fons
Palma fõs

Catuli loc⁹.

Latone puerperium.

Ortigia lu cus:

Diana vbi nata.

amiſſo puero retuſos & hebetatos fuiſſe poeta vult: qualem fulminato Phæthonte deſcribit Ouidius:vt conueniat cum ſequenti hunc fracta Cephiſus harundine luget.nam per contentionē ſingula ſingulis opponuntur. ¶Hunc.ſ.Narciſſum ſubaudi luget.

Cephiſus.

¶Cephiſus.ad Lilæan fontem concipit:perq; bœotiam lapſus in mare ſe cōdit.autor poſt Homerum Strabo:Statius.Propellentē q; Lilæan Cephiſi glatiale caput.in eiuſdem fluuij vadis Argynnus Leuconis ex Piſidice filia nepos::Agamemnonis puer extinctus eſt:vt ſcribit Stephanus:a cuius nomine Veneris Argynnidis ædes in Bœotia viſebatur.hic eſt ille Argynnus quem Pro-

Propertij locus.

pertius intelligit illo carmine.Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas Qua natat Argynni pœna minantis aquæ.Hoc iuuene amiſſo claſſem non ſoluit Atrides.Pro qua mactata eſt Iphi-

Fluuiorum comptus

genia mora.¶Fracta arundine.præ dolore.nam fluuiorum genios harundinibus ornari poetæ fingunt propterea quoniam Cāna paluſtris eſt & aquoſis gaudet Ouidius.Amnis harundinibus limoſas obſite ripas & Maro de Tiberino.Crines vmbroſa tegebat harundo.¶Aeſtuat.Ardet.¶Ante alias.imprimis.¶Auido feruore.nimia cupidine.¶Legendi ſcilicet flores.¶Frugiferæ ſpes vna deæ.ꝓſerpinā deſignat:q̄ vnica matri erat.¶Frugiferæ deę.Cereri quæ prima dedit fruges alimētaq; mitia terris

Calathus Quaſillum

vt canit Naſo.¶Nunc.interdum.¶Calathos.Quaſillus a noſtris & neutro genere Quaſillum dicitur:q̃ græce Calathus.Tullius in Antonianis.At vero inter Quaſilla pendatur aurum Pō-

Quaſillus Vimen.

peius Calathos inquit græci:nos dicimus Quaſillos.¶Vimine.quicunq; vitilis frutex vimen appellatur.a vinciendo.Columella Nec refert cuius generis vimen feras dummodo ſit lentiſſimum.
¶Ridentes blandos & aſpectu iucundos:nam quæ delectant ridere ſpectantium opinione vidētur Oratius.ille mihi præter oīs Angulus ridet.¶Nunc.aliquando.¶Sociat.conſerit flores:hoc eſt ſertum texit.¶Ignara.rudis:& quæ quid ageret non intelligebat.¶Coronat ſeſe.ſertum ſibi imponit. ¶Augurium fatale tori.quod fore portendebat:vt Proſerpina cito nuberet.nam nouæ nuptæ Romanorum more floribus & verbenis coronabātur.
¶Quippe.Quinimmo Seuera alioqui dea Pallas & quæ delicias auerſatur.¶Tubarum Armorumq; potens:quæ bella cum Marte curat:vt recitauimus ex homero.¶Laxat.mollit & remittit.¶Dextram.manum qua maxime pollet.¶Turbat.rumpit &

in fugã vertit. ¶Agmina fortia.bellica virtute præſtantes acies. ¶Qua.ſcilicet dextra. Vellit.euertit. ¶Stabiles firmas vrbium portas. ¶Mœnia ciuitatum muros:aut ipſas vrbes.ſed hoc ideo palladi veteres tribuerunt:quoniam victoria non minus conſilio q̃ bellica virtute cõparatur. ¶Miteſcere.ſæuitiã deponere. ¶Sertis inſolitis.nam militares coronæ quibus illa vtebatur: non ſunt e floribus· ¶Apex.Galeæ conus. ¶Laſciuit. indulget & ipſe genio. ¶Horror formidoſus aſpectus.

Pallas cur bella curare dicatur.

Mart ius:& criſtæ placato fulgure vernant.
Nec quæ Parthenium canibus ſcrutatur odoris
Aſpernata choros.libertatemq; comarum
Iniecta tandem voluit frænare Corona.
Talia virgineo paſſim dum more geruntur:
Ecce repens mugire fragor:confligere turres:
Pronaq; vibratis radicibus oppida verti
Cauſa latet:dubios agnouit ſola tumultus
Diua Paphi:mixtoq; metu perterrita gaudet.
Iamq; per amfractus animarum rector opacos
Sub terris quærebat iter: grauibuſq; gementem
Enceladum calcabat equis.immania ſcindunt,
Membra rotæ.præſſaq; graui ceruice laborat:
Sicaniam cum Dite ferens:tentatq; moueri
Debilis:& feſſis ſerpentibus implicat axem.
Fumida ſulfureo prolabitur orbita dorſo.

¶Martius.bellicus & caſtrenſis. ¶Criſtę coni iubę. ¶Vernant. ornantur floribus qui verni dicũtur quoniam vere prou.niunt. ¶Placato remiſſo & caſtigato. ¶Fulgure. ardore.qualem Pallas apud Homerum pugnanti Diomedi iniecit. eundem

Vernare

Palladis conus

Vergilius in Turni conum tranſtulit:& Aeneæ galeam. Nam de Turno carmen eſt hoc. Tremunt ſub vertice criſtæ Sanguineæ: clypeoq; micantia fulmina mittunt de Cono Aeneæ ſic. Ardet apex capitis criſtiſ ꝑ ac vertice flamma Funditur:& vaſtos vmbo vomit aureus ignes:& alibi. Cui triplici crinita iuba galea alta chimeram ſuſtinet: Aetnæos efflantem faucibus ignes. ¶ Nec quæ. ordo eſt Nec eſt aſpernata choros.i. virgineos thyaſos & cœtus nam ſic ex antiquis codicibus legendum eſt non toros. ¶ Quæ ſcrutatur. indagat. ¶ Canibus odoris. ſagacibus: & vſurpat Maronis verbum. Et odora canum vis. ¶ Partheniũ Archadiæ mõtem: de quo Strabo eodem nomine Sami fluuius Imbraſus antea dicebatur. Callimachus. Αυτισαρ εχληθηο ιμβρασε παρθενιου idest. Imbraſe Parthenij nomine dicte prius. vnde Parthenia Samos & Imbraſia. de monte Claudianus intelligit:& hac periphraſi Dianam aſperſit. ¶ Libertatem comarum. Solutos crines. ¶ Tandem. poſt tantum temporis. ¶ Voluit frenare. induxit animum: vt coherceret. ¶ Iniecta corona. impoſito Serto. ¶ Talia virgineo & cætera tranſit ad raptum. ¶ Dum. per id tempus quo ¶ Gerũtur. fiunt hæc ¶ More virgineo. puellari ſtudio. ¶ Ecce hęc particula (quod ſupra diximus) affert ſemper aliquid inopinum: vt hic. ¶ Mugire. pro mugiebat. qua figura rerũ ſcriptores: & Liuius frequenter vtuntur. ¶ Recens. nouus & in auditus antea ſonus. Nonnulli codices habent repens. idest improuiſus. qđ cum ſuperiori particula magis conuenit. ¶ Turres. altiſſima quæque murorum propugnacula: vel a parte totum muros intelligit. ¶ Confligere. concurrebant: vt ſupra. ¶ Oppida. munita & in alto poſita mœnia: quod opem belli periculo laborãtibus præbeãt vt diſcimus ex Pompeio. ¶ Prona nutantia. ¶ Verti. pro vertebantur. ¶ Vibratis radicibus. conuulſis ab imo fundamentis: ab arboribus ducta Metaphora. ¶ Cauſa. ratio turbationis. ¶ Latet clam cæteris eſt. ¶ Sola. tantum. ¶ Diua Paphi. Venus. Aſſyrij cultum Veneris primum inſtituerunt: quos Paphij in Cypro imitati ſunt: ac Phœnices qui Aſcalonem in paleſtina tenent. a Phœnicibus Cytherij edocti eađ ſacra ſuſceperunt. in de Paphia Venꝰ & Cytheræa. Superiora tradit Pauſanias. ¶ Agnouit. nam ex Ioue didicerat. ¶ Tumultus. Terræ motus. ¶ Dubios. incompertos & aliis obſcuros. ſeu trepidos ab effectu. vt illud dubiæ nutant cum mœnibus vrbes. ¶ Mixtoque metu perter. gaudet.

Partheniꝰ mons & amnis.

Imbraſſus fluuius.

Samos Imbraſia.

Oppidum.

Veneris cultus vbi primum.

Cytherea.

Lætitia ſimul & formidine pulſabatur. Nam gratus veneri Pro=
ſerpinæ raptus erat: quom propagaretur eius imperium: Pluto=
nis tamen aduētum abſq; horrore expectare non poterat. ¶ Iā ꝑ
deniq;. ¶ Rector animarum. Diſpater inferni numen: quo ſolute
corporibus animæ commeant. ¶ Per amfractus opacos. per obſ Amfractus
curos cauernarum receſſus: & curuis flexibus in ſe recurrentes: cu= Amfractum
iuſmodi ſunt quæ ſubterraneo meatu in opertos ſpecus deducūt
de quibus Prudentius in Hippolyto. Huius in occultum gradib⁹
via prona reflexis Ire per amfractus Luce latente docet. Vete=
res amfracta neutro genere declinabant: ab ambitu & frango di=
ctum: quod Varro docet. idem verbum Lucret. in mari etiā vſur=
pat. Quam fluitans circum magnis amfractibus æquor Ionium
glaucis aſpergit littus ab vndis. ¶ Calcabat. præmebat. ¶ Equis
grauibus. quia iugales erant & magni. ¶ Enceladum. gigantem
q ſub Aetna vegetur: vt ſæpe iā diximus. ¶ Rotæ. currus. ¶ Sci=
dunt. lacerant. ¶ Membra immania. enormes gigantis artus.
¶ Laborat. tanto ponderi par non eſt. ¶ Ferens. ſuſtinens. ¶ Si=
caniam cum Dite. Plutonem ſimul & inſulam. cui nomen ex Ibe Sicania vñ.
riæ fluuio Sicano profecti coloni dederunt: vt ait Philiſtus. Sed
ab eo diſſentiens Timæus longa diſputatione contendit indige=
nas fuiſſe Sicanos: vñ Sicania dicta ſit. ¶ Tētat conatur. ¶ Mo=
ueri onus excutere. ¶ Debilis. impar labori. ¶ Implicat. idem ſē
ſus eſt ſi legas impedit. ¶ Axem currum. vel teres illud lignum:
circa quod rotæ vertuntur. ¶ Feſſis ſerpentibus. exhauſtis ſerpē
tum viribus: quos pro pedibus habuiſſe gigantes fabulæ canunt.
cauſam redit Macrobius: & nos alibi. Orbita. Rota: vel eius veſti=
gium: nunc tantum Rota. ¶ Prolabitur tractim ruit. ¶ Dorſo.
gigantis tergo. ¶ Sulfurea. ecce cur fumidam rotam dixit. atq;
ita obiter conflagrationis Aetnæ cauſam perſtringit: Tertius he Mundi
res Saturni. Pluto. cui mundū cū fratribus ſortienti: Tartarus ob Sortitio
tigit: vt fabuloſa tradit hiſtoria: vt Orphæus in hymnis terra: Cal
limachus ſortitos omnino negat: Quin vltro Ioui ceſſiſſe germa
nos aſſerit. Veteres neq; enim commēta poetæ Vera ſatis iactāt:
Saturni pignora quondam Inter ſe ſummam rerum ſortita fuiſſe
Et cælum ceſſiſſe tibi. Nam quis præcor vnquam? Quis rudis
vſq; adeo? Res vt diſcrimine toto Diſtantes vni ſtultus commiſe
rit vrnæ? cætera quom voles illic: nam latina nos facimus in gra=
tiā cuiuſdā Principis. ¶ Rimatur. terræ rimas explorat. ¶ Deuia

tenebroſa. Cœcos & obſcuros ſpecus quique greſſus excludunt ac exitum negant. ſub orbem fraternum. ſub auras vbi Iuppiter Plutonis frater habet imperium. atq; ita dixit: vt Statius in Thebaide. Fama ſubit portus vectum trans alta Thoanta fraterna regnare Chio. ſcilicet quam Thoantis germanus Oenopion Regiam ſibi condidit. vt domeſticus teſtis eſt Ion: qui de ſua patria græce ita cecinit. Hanc olim. Oenopion Theſides condidit vrbē Thoas vero & Oenopion ex Ariadna: patre Baccho Thoas: Oenopion Theſeo nati ſunt: hiſtoriam habes apud Diodorum: & Plutarchum: meminit & Ouidius in Heroidib. Nam qui frater nā Chiū vicinam legunt: indigni ſunt de quibus ſermo habeatur.

Chius
Oenopion
Statij loc⁹

Ac velut occultus ſecurum prodit in hoſtem
Miles: & effoſſi ſubter fundamina campi
Tranſilit incluſos arcano limite muros:
Turbaq; deceptas victrix erumpit in arces
Terrigenas immitata viros. Sic tertius hæres
Saturni tenebroſa, vagis rimatur habenis
Deuia: fraternum cupiens exire ſub orbem
Ianua nulla patet. prohibebant vndiq; rupes
Oppoſitæ: duraq; deum compage tenebant
Non tulit ille moras: indignatuſq; trabali
Saxa ferit ſceptro. Siculæ ſonuere cauernæ.
Turbatur Liparis. ſtupuit fornace relicta
Mulciber: & trepidus deiecit fulmina Cyclops

¶Miles occultus.per arcanos ac ſubterraneos euadens meatus. ¶Prodit.improuiſus emergit. ¶In hoſtem.aduerſus hoſtium munimenta operaq;. ¶Securum incautum.¶Tranſilit penetrat:& tranſmittit. ¶Fundamina.Supræmas & imas ſedes. ¶Campi.terræ ſpacij. ¶Effoſſi.egeſto ſolo cauati. ¶Moros. incluſos.obſeſſa atque præſidio tuta mœnia. ¶Arcano limite. per cuniculum:quod ab eiuſdem nominis animali milites didicerunt:vt ſcribit Vegetius.notiſſimoque carmine Martialis. Gaudet in effoſſis habitare Cuniculus antris Monſtrauit tacitas hoſtibus ille vias. ¶Turba.manus militum. ¶Vitrix.voti compos:& quo cupierat erumpens. ¶Erumpit.euadit. ¶Deceptas.eluſas. ¶Terrigenas viros:vt qui prodierunt e dentibus illius ſerpentis :quem Cadmus extinxit:vt Demoleontem Seriphumque ſocios vlciſceretur.quos anguis abſũpſerat. Eorũ vero:qui ſatis eius colubri dentibus nati ſunt: nomina Lyſimachus in Thebaicorum collectaneis:& Hellanicus in primo Phoronidos ita memorat.Vdæum:Chthonium: Pelorem: Hyperenorem:& Echionem:cuius & Ouidius meminit.Hippias autem Delius & Atrometus hiſtoriæ fidem ſequuti tradunt. Spartos (quod apud nos Satos ſignificat)gentem fuiſſe quæ ſic appellaretur.vnde accenſa poetarum licẽtia ad mendacium fabule conſpirarit.Hoc idem inter Iaſonis certamina: narrat Apollonius: nam obruit & ipſe eiuſdẽ Draconis dimidia parte dentes: quos Mars & Pallas Aeete dederunt.vt Pherecydes in quinto refert: vnde armati prodijſſe dicuntur.quod ex græcis nonnulli fictum putant:quod ij primi cuniculis in expugnandis vrbibus vſi ſint. ¶Ianua nulla pater.nullus ad hauriendam lucem datur aditus. ¶Prohibebant.exitum negabant. ¶Rupes oppoſitæ.lapidum moles obiectæ. ¶Tenebant.remorabantur. ¶Deum. Plutonem. ¶Compage.commiſſura. ¶Non tulit.non paſſus eſt. ¶Moras.obſtacula:vel temporis interuallum. ¶Indignatus. iracunde ferens:quod impediretur. ¶Trabali. vaſto.ſupra de Dite Claud.ſquallent immania fœdo ſceptra ſitu. ¶Siculæ. cauer.ſpecus quæ plurimæ ſunt in hac inſula. ¶Liparis.inſularum:quas Aeoli vocant omnium maxima:quæ quanquam ſuo quæque noĩe ſeptẽ ſũt:omniũ tamẽ incolæ:cõmuni verbo Liparei dicuntur:vt tradit Stephanus:adiecto ſolũ loci vocabulo: vt exempli gratia.Liparæus e phœnicuſſa. Liparæus ex Ericuſſa.

Cuniculum animal ⁊ oppugnationis gn̄s

Terrigene quod ⁊ qui

Sparti vel Sati qui

Draconis dentes

Liparis qui ⁊ vnde

Meliguñis.

Meligunis antea vocabatur: vt diſcimus ex Callimacho. qui Cyclopas illic Vulcani famulos eorumq́ ſtatuit officinā poſtea dicta liparis ē( vt placet Euſtathio) ab Auſonis filio Lipo: cui ſucceſſit Aeol⁹: vt legim⁹ apud Solinū. ¶Fornace Camino Prudētius i Simmachū de Vulcano Regnare caminis Fertur: & Aeoliæ ſummus faber eſſet vel Aetnæ Callias itē de rebus Agathoclis. x. Fabrilium opeꝝ quæ Vulcanus illic exercet ſonitum quiquaginta circū ſtadijs audiri tradit: ipſumq́ montis Hiatum continuis noctibus ardere: interdiu fumi globos: & ingentes pumicum moles eructare. Proximum vero mare nō aliter q̄ ſubiectis ignibus Olla feruet: vt Pythæas in orbis ambitu refert. Mirum quod ait Xenophanes hoc incendium quandoq́ ceſſare: ſed ſeptimo poſt anno redintegrari ¶Cyclops vnus ex ijs quos ātealmemorauimus aut poſuit vnius numerum ꝓplurali ſic ēt Tibul. Nō valuit cœptos curſus auerte Cyclops.

Vulcani officina.

Mare feruet Lipare incendium.

Audijt & ſi quem glacies Alpina cohercet
Et qui te latis nondum præcinctæ Tropæis
Thybri natat: miſſamq́ Pado q remigat Alnū
Sic quem Theſſaliam ſcopulis incluſa teneret

¶Audijt & ſiquē Maronis Aemulatio ¶Siquem eleganter ambigendo dixit nāquis vnq̄ crederet in illa damnata mundi regione homines habitare: colunt tamen ſed moribus & naturæ peruicacia niuibus ſuis nō abſimiles: Inalpini coniuncto verbo vocātur vt legimus apud Plinium Impudenter me hercule nimis q Tibulli carmen qđ in antiquis omnibus exemplaribus Teſtis Inalpinus legitur Arupius iuerterunt Nam qđ is In alpinos intelligat in ſequentia declarant. Quem ſiquis videat vetus vt non fregerit ætas Terna minus Piliæ miretur ſecula famæ Quippe Poſſidonius & Plutarchus Alpes & Rhipeos mōtes eoſdem putant & hyperboreos illic ſtatuūt quos humani ſeculi modum præterire græcorum noſtrorumq́ hiſtoria notum eſt ¶Cohercet hoc ait ꝙ iīalpini p hyemem non vagātur ſed intra ſpeluncas ſe tenent quas aduerſus immanitatem frigoris ſubeūt ¶ Alpina Feſt⁹ ait Alpes a niuium candore nominatas: qm̄ qđ αλφον græci noſq́ album dicimus: Sabini Alphion memorent. ¶Et q te natato Thybri.

Inalpini Tibulli loc⁹

Romanorum periphraſis quorum antiqs moribus: Iuuentus in
Romana Iuuentus i
Cāpo Martio armis exercitata ſudorem puluerem q; in proximo
Thyberi abluabatur
Thyberis amne abluebat autor Vegetius ¶ Thybri græcus appel
landi caſus atq; ideo ſupremā vocalem contrahit Vergil. Tuq; o
cum flumine ſancto Thybri pater eius nois rō diuerſa traditur A
liij ab amne Siciliæ q̃ pterit Syracuſas. quem Thybrim Theocritꝰ
Thybris
Hybri Theætetus Aſclepiades Myrleanꝰ p Diram Dybri vocat
Hybris
quo Superior illa noſtra ſententia cōfirmatur vt Eion ab Ouidio
Dibris
dictus ſit quem Deionem Pauſanias appellat Seruius vero Thy
Eion
brim nō fluuium Syracuſarum ſed foſſas autumat vnde profecti
Deion
coloni poſitis in Albulæ ripis ſedibus in antiquæ patriæ monu-
mentum Thybridis ei nomen dederunt Ver. Ab eiuſdem nomi-
nis Rege tuſcorum Aſperq; immani corpore Thybris a quo poſt
Itali fluuium cognomine Thybrim Diximus amiſit verum vetus
Albula nomē quē alij proxima fluuio loca latrocinijs infeſtaſſe
dicunt alij illic ex prælio occubuiſſe ¶ Latis nondū præcincte tro
pæis qui nondum fines imperij tam latæ pro pagaras Nam ſecu
tis poſtea temporibus Thybridis accolæ Romani vniuerſo fere
orbi imperauerunt vt Dionyſius Alicarnaſæus per operis initia
teſtis eſt: & apud Tibullum Sibylla fore vaticinatur Roma tuum
nomen terris fatale regēdis Qua ſua de cælo proſpicit arua ceres
inde fluuiorum regem Thybrim Poeta Dionyſius appellauit eius
carmen Rhennius Fannius ita latinum fecit Regius irriguo diri-
mit q̃ gurgite Romam Thybris & Ouid. Cuiq; fuit rerum per-
miſſa potentia Thybrim ¶ Miſſamq; Pado q̃ Remigat Alnum
Padus
& Cymbæ gubernator in pado Venetiæ fluuio quē mōs Veſulꝰ
Venetie fluuius
inter Alpiū iuga ſuperātiſſimꝰ gremio ſuo fundit viſēdo fonte
in ligurum finibus vnde ſe primū proruit ſummerſuſq; cuniculo
ruſus extollitur nulli amnium inferior claritate: a græcis dictus
Eridanus Intumeſcit exortu canis tabefactis anni tēpore niuibꝰ
& liquētibus Brumæ pruinis a ꝯuſq; aquarū agminibus triginta
flumina deferr in Adriaticum Plinius & Solinus autores Sed hic
alnū p nauigio Marōis imitatiōe poeta poſuit nā ille ait vndā le
uis inatat alnꝰ Miſſa pado vtrūq; ab hiſtoria quā narrat Oui. Nā
quō phetō īpetratos a patre currꝰ male regeret fulmine Iouis in
Heliades i populos,
hūc amnē deiectꝰ ē eundē quō ſorores īpatiēter defierēt i populos
eſculapij liberi,
vel (vt Apolloniꝰ & græci ſcribūt) in alnos verſæ dicūtur: Ea
rū noīa ſūt Phaethuſa Phœbe: Lāpetie q̄ liberos q̄nq; genuit ex

Machaon podalirius.

Aeſculapio. Machaonē:podalirīū:Iaſo:panaceā. & æglem cognō
mento iuniorē. qđ in Trimetris Iambo primo tradit Hermippus
Sed ariſtides de Gnidi conditoribus ſcribēs Aeſculapius inquit
ex Epione podalitiū & Machaonē filios habuit. Eſt & Atticæ

Eridan⁹ attice fluuius.

fluuius alter Eridanus in Iliſſum imitēs:vt diſcim⁹ ex pauſania

Qui. locus.

quē ſenem primo metamorph. Ouidius ad padi differentiā voca
uit: Eridanuſq; ſenex Læniſq; Amphryſus & Aeas vt ineruditе
fecerint qui illic Apidanū pro Eridano repoſuerunt. ¶ Diſſiluit

Vertex.·.

in hiatū patuit & auulſus ē. ¶ Vertex. i noſtro capite ſūma ps vt
docet Fabius a flexu capillo℞ ſed hic tm̄ mons:notiſſima tranſla
tione ¶ Oſſæus. Oſſa Theſſaliæ mons:vt ante diximus. ¶ Olym

Olympus.·.

po multo℞ montium nomen Olympus ē. Elidis:arcadiæ Cici=

Olympia.·.

liæ:Theſſaliæ:Macedoniæ:Theſſali:quē Claudian⁹ intelligit:me
minit appollodorus:& in eos ludos ēt Olympicos Elæis æmu=
los celebrari tradit alius in Myſia redditur olympo regi cogno=

Nepeus. campus vn̄.

minis:a cuius vxore Nepæa (qđ Dionyſius Mileſius etiā tradit)
eiuſdem regionis Campus dictus eſt. Gelido frigido. qđ in ſum=
ma quoq; ſerenitate poteſt accidere nā niuoſum ītelligere abſur=
dū eſt quō conſtet Olympū adeo in altum ſurgere:vt nubes exce
dat & vltra tēpeſtates attolli credatur. Lucanus. Nubes exceſſit

Olympi mōtis altitudo.

Olympus lege deū. ¶ Palus incluſa ſcopulis vndiq; ſepta rupibus
aqua. ¶ Teneret. obrutā premeret. ¶ Theſſaliā quam ſtagnaſſe

Theſſalia quondam ſtagnauit.·.

quondam fama eſt:quō littus campis altius & coniuncti inter ſe
montes aquis exitū non præberent. Mox oſſa ab Olympo terre=
motu diuulſa vt ſcribit Strabo patefactū iter eſt:quo peneus in
mare effluxit:atq; regionē ſiccā reliquit. qđ Diodorus Catullus
& Tragœdie ſcriptor Seneca inter Herculis opera cōmemorant
incolæ (qđ tradit Herodotus) Neptūno tribuunt:in quo cauſa ter

Neptunnus vn̄ petreus.

remotus eſt vt diſputat Gellius:Quin & ipſe Neptunnus ab hoc
argumento petræus appellatur vt legimus apud pindarū. Quā=
uis græcorū nonnullis deo nomē hoc inditū placet;:ab oppido
vel ab hiſtoria fabuloſa:qua traditur Neptūnū quō ſaxo quādoq;

Equus omniū p̄mus.

incubaret:ſemen emiſiſſe:per quietē:vnde Terra concepit equum
mortalibus adhuc ignotū:cui nomē Scyphios. Theſſalia vero m̄
tis antea noībus dicebatur. a Pyrrha Deucalionis vxore Pyrrhęa
ab Aemone Rege Aemonia:demū ab eiuſdē filio Theſſalo Theſ

Theſſalia vnde.·.

ſalia. vniuerſa regio ab Aleuaco Pyrrhæ filio quatuor in partes di
uiſa eſt. Theſſaliotē:Pelaſgiotē:Phthiotē:& Eſtiotē:vt Ariſtote=

les de cōmuni Theſſaloꝝ rep.ſcribēs autor ē. Stagnāte inūdāte

Peneo ſtagnanre palus:& merſa negaret
Arua coli trifida Neptunnus cuſpide montes
Impulit aduerſos Tum forti ſaucius ictu
Diſſiluit gelido vertex Oſſæus Olympo.
Carceribus laxantur aquæ:fractoq; meatu
Redduntur fluuiiq; mari:telluſq; colonis.
Poſtq̄ victa manu duros Trinacria nexus
Soluit:& immenſo late diſceſſit hiatu:
Apparet ſubitus cælo timor Aſtra viarum
Mutauere fidem vetito ſe proluit Arctos
Aequore:præcipitat pigrum formido Bootem

¶Peneo fluuio Daphnes puellæ patre:vt noſtræ fabulæ canunt Is Araxes antea dictus eſt:quod per abrupta montium ſe pro=tuat:vt ſcribit Euſtathius in Dionyſium præter oſſan olympūq; decurrit:collibus dextra læuaq; molliter curuis:nemoroſis cōua=libus in Theſſalia facit que Tempe vocant:vndiſq; apertioribus Magneſiam interluens in Thermæum ſinum conditur eiuſdem filius Atrax fuit ex Bora Nympha ſuſceptus a quo Theſſaliæ gēs Attraces. ¶Negaret.non pateretur. ¶Montes aduerſos.obſtan=tes rupes:quas ſupra ſcopulos appellauit nam hæc inter ſe reci=procam habent ſignificationem. Verg.ſcopuli de vertice paſtor ideſt montis & alibi.Claudi:Illius & duri flæuere ſilentia mon=tes hoc eſt etiam ſaxa vt illic expoſuimus. ¶Trifida cuſpide peri=phraſis fuſcinæ:que tridens eſt hoc autem telum Neptunno tri=buitur propter tris mediterranei maris ſinus:quos refundit Ocea=nus:vt Apher Dionyſius ex interpretatione Euſtathij canit aut propter aquæ triplicem naturam. Fontium dulcem. Aequoris ſalſam. Stagnorum mediam nec amaram neq; guſtu gratam.

Peneus. Araxes. Tempe Atrax. Atricco. Tridens in Neptūno cur

¶Laxantur.effunduntur. ¶Carceribus. vndiq; præcludentum
rupium clauſtris. ¶Fractoq; meatu.ruptis obiicibus atq; exitu
Lyte locus. patefacto. Adiuuat hanc opinionem Lyte proximus tempe locus
a λυσαι quod eſt obrũpere nominatus: vt ſcribit Stephanus. Ma-
le qui facto legunt ¶Redduntur mari hoc ait quoniam fluuios a
mari nonnulli manare diſputant & in crementa inde ſumere: vt
refert Seneca. ¶Tellus.ſubaudi redditur. ¶Colonis.incolis ad
habitandum: vel agricolis ad ſementem: vt referas ad id qđ ante
dixit. Cũ merſa negaret arua coli. ¶Victa manu vi plutonis abſ-
ciſſa. ¶Soluit duros nexus. arctas compages laxauit. ¶Et im-
mẽſo late deſceſſit hiatu. Amplíſſimo & in profũdũ demerſo ore
Enna. patuit. Enna mediteranea Siciliæ ciuitas eſt: & ab ea non longe
Siciliæ vm- nemus: quod in media inſula ſitum: vmbilicus Siciliȩ nominatur
belicus. vbi æquata agri planicies & aquæ perennes. Tota vero omni adi
tu circũciſa atq; direpta eſt: quam circa Lacus luciue ſunt plurimi:
& Lectiſſimi flores omni tempore anni. Prope eſt Spelunca quȩ-
dam conuerſa ad Aquilonem infinita altitudine: qua Ditem pa-
trem ferunt repente cum curru extiſſe: abreptamq; ab eo loco Pro
Proſerpinæ raptus ſerpinam ſecum aſportaſſe: & ſubito non longe a Syracuſis pene
traſſe ſub terras. Lacumq; in eo loco repente extitiſſe. Vbi Syra-
cuſani feſtos dies anniuerſarios agebãt: celeberimo virorum mu
lierumq; conuentu: Propter huius opinionis vetuſtatem autor in
verrem Cicero: Ariſtoteles. Diodorus: & Solinus. Orphæus tamẽ
Cephiſus & Pauſanias in Attica rẽ geſtã volũt: qua Cephiſus amnis Eleu-
amnis. ſin præterit in cuius etiã ripis legentẽ flores Orithyiã Chærilus a
Orithyie Boræa raptã canit: Simõides & Apher Dionyſi⁹ ex Iliſſo. ¶Ap
raptus paret cubitus Cȩlo timor. repẽte cælũ turbatur. qđ inferni numis
aſpectu fieri poetæ fingũt Papinius de Charonte. Qualis ſi pup-
pe relicta exolus manes nigri ſulcator auerni Exeat ad ſuperos.
Solẽq; & pallida turbet Aſtra: nec ipſe diu fortis patienſq; ſuperni
Aeris. ¶Aſtra. Sidera. ¶Mutauere fidẽ viarũ. ſolitos curſ⁹ reliq
querũt. ¶Arctos. ſidus in quod Lycaonis filia Calliſto migrauit
Arctos. ex vrſa in quã Iunonis indignatione: cuius erat pellex mutata dr̃
aut Dianȩ qm̃ virginitatẽ pdidiſſet. fabulã narrat Ouid. & Higy
n⁹: & recte ad Septẽtrionẽ poſita ſidera: formidine capta prius in
Arctos in ducit nã ſpecus vñ Diſpr̃ emerſit: ad Aqlonẽ obuerſus ẽ: vt reci-
occidua. tauimus ex Cicerone ¶Proluit ſe. mari merſit. ¶Aequora ve-
tito. Tethys Oceani coniunx in Iunonis alumnæ ſuæ gratiam

Arcton vt alias ſtellas ĩ mare non recipit vt eſt apud Naſonem. Sed qui de Siderum ratione ſcripſerunt inclinationem mundi dicunt eff cere: cur id ſidus nõ occidat lege Manilium. Formido terror ex aſpectu Plutonis. ¶ Præcipitat rapit ad occaſũ ¶ Bootem Bootes vt in deoꝝ natura ſcribit Cicero Arcto phylax etiã dicitur quod Manilius affirmat & Auienus hoc verſu Arctophylax ſiue vt veteres cecinere Bootes Arctophylax appellatur quod adhibitus vt quidam cuſtos vrſæ videatur Bootes quod in modum Bubulci plauſtrum ſequitur. Magnus Sideris ãbitus: alijs ad Icarum nonnulli ad Arcadem Iouis ex Caliſto filium referẽtibus vnde Arcadia dicta ſit Sed Duris de rebus macedonicis Quinto decimo: tradit Arcadem q nomen Arcadiæ dedit Orchomeni filium fuiſſe eius a quo Orchomenum ciuitas appellationem ſortita ſit de hoc Higynus fabuloſa perſequitur: quamuis ex hiſtoria videantur ¶ Pigrum Iuuenalis Frigida circumeunt pigri ſarraca Bootæ quod epitheton bubulci propriumeſt Verg. Tardi venere bubulci. Nam Legẽdum ſic eſt: non vt Seruius & alij ſubulci quos in bucolico carmine nunquam Theocritus introducit: & Aelius Donatus tria tantum paſtorum genera quæ dignitatem in buccolicis habẽt: enumerat: Bucolicos: Opiliones & oium minimos αιπολουσ .i. Caparios qđ nomen caute conſultoqꝫ in ijs quæ ſumpſit a Theocrito Vergil. omiſit: vt obſeruauit & docuit Gellius Sed ipſe Theocriti verſus: quem noſter æmulatur: vbi Subulci mentio nulla fit: a nobis eſt ηυθον τοι βουται τοι ποιμενισ ωπολοι ηυθον. Ductores ouium & qui paſcunt rure capellas Et venere boũ cuſtodes Eſt & ratio mathematica cur Arctophylax piger appelletur Nam adeo cardini iunctus eſt vt nunq̃ totus occidat. ac opinione proſpectantium in eiſdem pene veſtigijs ſtare exiſtimetur

Arctos in occidua.
Bootes Arctophylax.
Arcas
Arcadia vñ
Orchomenum.
Bootes piger.
Verg. loc⁹

Horruit Orion audito palluit Atlas.
Hinnitu. rutilos obſcurat anhelitus axes.
Diſcolor & longa ſolitos caligine paſci
Terruit orbis equos preſſis hæſere lupatis
Attoniti meliore polo rurſuſqꝫ verendum

In Chaos obliquo pugnant temone reuerti,
Mox vbi pulſato ſenſerunt verbera tergo,
Et ſolem didicere pati:torrentius amne

Orion

¶Orion.ex deorũ vrina natus dicitur vt in faſtis canit Ouidius
& apud græcos.Pindarus & Ariſtonicus: Eundem Diana ſub-
dolo fratris ſuaſu ſagittis extinxit:vt ſcribit Iſter.nam cum dea vi
ri conſuetudine nimium delectaretur:vſq; ad ſtupri ſuſpitionem
idq; Apollo grauiſſime ferret:nec obiurgationibus quicq̃ profice
ret quod ſolũ caput natantis Orionis extabat:ſorori procul indica
uit:cum ſponſione contendens:eam non poſſe telum mittere:ad
id quod in mari nigrũ appareret q̃cum vellet in eo ſe ſtudio arti
ficem maxime probare:miſſo telo caput Orionis traiecit:defun-

Qui. locus.

ctũq; defleuit atq; inter ſidera ſtatuit.hæc eſt Orionis Amaſia:
cuius deſiderio pallebat Orion.vt eſt apud Ouidium.Pallidus in
lyncem ſyluis errabat Orion.i.quõ Dianæ comes Orion venare
tur Ipſius deæ cura carpebatur Nã qui vel auroram ſuſpicantur.
Orionis amicam: vel Lyncẽ puellæ nomen exiſtimant: nõ min⁹
quã ſequẽtis verſus hiſtoriam nõ percipiunt Pallidus in Lenta

Daphnis

Naide Daphnis erat Nam Daphnis(cuius a Marone prætermiſ
ſa mentio non eſt) Mercurij filius fuit eundẽ Nympha quædam
dilexit:quem Soſitheus Thaliam vocat quæ ſuſpitione pellicis of
fenſa Daphnidis congreſſus auerſata eſt:at ille amoris deſiderio
contabuit cuius mortem longo carmine deflæt Theocritus. Nai
dem vero lentã dixit Ouidius:quæ moriente Daphnide ceſſauit
nec opem tulit vt illud Propertianum Hoſtibus eueniat Lenta
puella meis.Alibit tamen Naſo Daphnim Lapidem obduruiſſe
refert.Vulgatos taceo dixit paſtoris amores Dapnidis idæi:quẽ
Nymdhe pellicis ira Contulit in ſaxum tantus dolor vrit aman-

Orion ſuſpẽſis veſtigijs p aquas currebat.

tes.Heſiodus ait Neptunnum compreſſa Euryale Mincis filia
Orionẽ procreaſſe:qui patris beneficio ſuper fluctus ſuſpenſus ve
ſtigijs: vt in terra curreret ſicut Iphyclo datũ vr:vt icederet p ari
ſtas nec eas infingeret Caſtigãdus obiter eſt apud Higynũ locus

Inphyclus p infractas ariſtas ambulabat.

in quo dempta priore vocali perperam phyclus legitur: quõ Iphy
clus ſcribendũ ſit ex interprete Apollonij: qui de Iphyclo phy-
laci filio idem quod Higynus recitat ex Heſido ¶Palluit. Territ⁹

eſt ab eo quod ſequitur: id quod præcedit· ❡Atlas, in extremis Atlas mõs
Libyæ mons eſt ad occaſum Diris ab incolis appellatus huic ꝓxi
ma gẽs Atlãtũ ſõnia nõ videtur vt Arrhianus & e noſtris Cicero
tradit Mõti nomẽ dedit Iapeti filius Atlas ex Aſia ſuſceptus Pro
methei frater quẽ perſeus prolato gorgonis capite in monten cõ
uertit: quod hoſpitiũ ſibi negaſſet fabulam narrat Ouidius. ❡An
helitus afflatus equorũ. ❡Diſcolor niger vt decolor.i. fuſcus &
ater indus ❡Obſcurat caligine obducit. ❡Axes.hic tãtũ polos.i. Axis.
extremas cæli partes Sed & ſtipes teres circa quẽ rota vertitur:
& tabula ſectilis Axis dicitur vt docet Feſtus. ❡Orbis. a rotũda
ſpecie ſol. aut lux qua nos incolæ terrarũ fruimur. ❡Equos pluto
nis de quibus Naſo Diurnum Lumẽ inaſſueti non patiuntur equi
❡Solitos caligine paſci quibus atra nebula pabulum eſt apud in=
feros aut qui dẽſiſſimis in tenebris habent præſepia quod ſupra
poeta teſtatur Qui paſcua mandunt Coccyti ſpaciiſq; erebi nigrã
tibus errãt ❡Hæſere immoti cõſtiterunt. ❡Præſſis lupatis træ
nis intra dentes aſtrictis qđ duræ ceruicis equi plærũq; faciunt
❡Anttoniti cõſternati nam qbus vicini fulminis caſus aut To= Attonit⁹ q̃
nitruũ ſonitus inieci t ſtuporẽ Attonitos appellamus: vt autor ẽ
Seneca ❡Meliore polo Clariore cælo quã qđ apud inferos mali
gne lucet· ❡Pugnãt luctãtur. ❡Ruſ⁹ reuerti redire ❡In Chaos
verendũ ad horrendas inferni ſedes & hoc ait qm̃ manes ſolis aſ Umbre no=
pectum non ferunt Inde Anchiſæ vmbra apud Vergilium cõque ctu vagant̃ ⁊
ritur Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis ſed ipſi quoq; dij Superi.
ſuperi interdiu nõ vagãtur Papinius. huc & ſub nocte ſilẽt Quõ Papi. locus
ſuperis terrena placent: tua turba relicto Labetur cælo: miſcebit
que oſcula iuxta. vbi meras nugas Domitius effutiuit. Nã quid
ineptius quã excidiũ Romani imperij illic itelligere quod ꝓpter
rerum geſtarum magnitudinem perpetuum fore vaticinati ſunt
omnes quom ſuo Cæſari blãdiens poeta dicat flauiæ gẽtis deos
quos Domitianus cõſecrauerat: eiuſdem Coloſſum cælitus inſeſ
ſuros. quom ſuperis terrena placẽt.i. noctu quo tempore dij ter
ras perrẽt ❡Verſo temone reflexo curru ❡Mox deinde ❡Vbi
poſtq̃ ❡Senſerunt paſſi ſũt ❡Verbera plagas. aut ſcuticam. Ti
bul intorto verbere terga ſeca ❡Pulſato flagellis cæſo Verg. Pul Pulſare.
ſatuſue parens .i. verberatus quamquam pulſare leuioris eſt inco
modi quam verberare ❡Et ſolẽ didicere pati ad ſolis lumẽ cali
gare deſierũt ❡Ruũt ad curſũ effũdũtur ❡Torrẽti⁹ ãne hyberno

rapidius torrente qui ſ collectis hymbribus incitatiſſimus fertur. hymbernus autem ita ab hymbre deducitur: vt a parte paternus. Tibul. Aut gelidas hymbernus aquas quō fuderit hauſter.i. pluuia

Hyberno: tortaq; ruunt pernicius haſta.
Quantū nō iaculum Parthi nō ipetus hauſtri:
Nec leue ſollicitæ mentis diſcurrit acumen.
Sanguine fræna calent: corrūpit Spiritus auras:
Lætifer: infectæ ſpumis vitiantur harenæ
Diffugiunt Nymphæ: rapitur Proſerpina curru
Imploratq; deas iam Gorgonis ora reuelat
Pallas: & intentio eſtinat Delia cornu:
Nec patruo cædunt ſtimulat comunis in arma.
Virginitas: crimenq; feri raptoris acerbat.
Ille velut ſtabuli decus armētiq; iuuencam:
Quom leo poſſedit· nudataq; pectora fodit
Vnguibus & rabiem totos exegit in armos
Stat craſſa turpis ſanie: nodoſq; iubarum.
Excutit: & viles paſtorum deſpicit iras.
Ignaui domitor mundi: teterrime fratrum.
Pallas ait: quæ te ſtimulis facibuſq; profanis
Eumenides mouere: tua cur ſede relicta:

Parhti iaculandi ſtudio clari.

¶Pernicius celerius & Catullus Atalantā quæ pedum curſu valuit pernicē dixit. ¶Haſta Torta miſſo iaculo. ¶Quātum non Diſcurrit quantum non euadit & amplificat Comparationis exceſſu velocitatem. ¶Iaculum parthi ſagitta quam parthus eques excuſſit nam Parthos iaculandi ſtudio claros eſſe notū eſt Oui.

In Artibus. Tergaqꝫ Parthorum:Romanaqꝫ pectora dicā:Telaqꝫ ab auerſo quæ iacit hoſtis equo. ¶Non impetus effrena vis. ¶Hauſtri venti ſpecies pro genere. ¶Non leue ſollicitæ mentis diſcurrit accumen. Mira ſuperlatio Nam ſumma celeritas mētis eſt:vt inquit Homerus. Thales & Macrobius repetūt. ac ſi pręſertim curis ęſtuat momento tēporis:quantūcūqꝫ diſtantia penetrat & aſſequitur. habentqꝫ mēs & iaculum ſimilitudinis inter ſe quandā cognationē. nā per haſtam mentis acumen in pallade repręſentatur:vt placet Capellæ. ¶Calent ſanguine. tepido cruo p̄funduntur:vt equi generoſi conſueuerunt:quō frena mādunt. Sedulius. Nec terga frementis. Ardua preſſit equi:phaleris q pictus & oſtro Ore cruentatum mandenti concutit aurum. Letifer ſpiritus:grauis anhelitus. ¶Corrūpit auras. inficit aerem. ¶Vitiantur. corrūpuntur. ¶Nymphæ:proſerpinę comites. ¶Diffugiunt in diuerſa elabuntur. ¶Rapitur. ſublimis abducitur. ¶Curru:ſeptimus caſus. aut datiuus ex antiqua proportione quam Cæſar. probauit. ¶Lucilius. Quod ſumptū atqꝫ epulas victu pręponis honeſto. Affert & alia Gelius exēpla quæ Macrobius etiā mutuatur legas ergo. ¶Curru. pro currus ideſt in currum Vergil. ¶It clamor cælo: ¶Imploratqꝫ Deas a Sororibus opem petiit. ¶Iā gorgonis ora reuelat. Aperit Aegidem quā veſte obuexerat. ſupra Claud. tantum Stridentia colla gorgonis:obtectu pallę fulgentis obumbrat. & elegāter hoc ait. Nam Verg. appellauit Aegidē arma iratæ Palladis. & Marti. Accipe Belligeræ crudū Thoraca Mineruæ Ipſa Meduſææ quo tumet ira deæ. Mineruę autē ſignum ita effictum Athenis erat. veſte ad imos talos demiſſa: eburneo Meduſæ capite in eius pectore. in manu haſta quatuor cubitis amplior. ad pedes ſcutum iacebat: Iuxta haſtam Draco: quem Erichtonium ſuſpicari licet ex fabula. lege Pauſaniā ¶Delia. Diana. ¶Feſtinat. properat ad opem ferendam. ¶Cornu. arcu. ¶Intento. nam remiſerat:vt ante eſt dictum. ¶Nec patruo cædunt:nec vllam habent rationem quod Pluto frater eſſet Iouis quo parente vtraqꝫ nata erat. Nam patris mei frater mihi patruus eſt. ¶Stimulat in arma. excitat ad auxiliādū ¶Communis virginitas. quod & ipſe Virgines erant:& pudiciciam raptorum inſidiis expoſitam eſſe nolebant. ¶Acerbat. Atrocius videri facit. nam quo pluris ille pudiciciam faciebant:eo magis indignitate rei mouebantur ¶Feri raptoris. Ditis quem deæ rapta Proſerpi-

Curru Datiuus

Aegis palladis irate arma

Mineruę ſignum

na Sæuiſſimū iudicabant aut eſt certum Plutonis Epitheton ferus ¶ Ille .ſ. Pluto. ita deorum vocibus nō mouebatur vt Leo ¶ Quom poſſedit prædatus eſt ¶ Iuuēcā vitulam ¶ Decus armēti eximiā, quæq; ſui generis omnibus forma præſtaret ¶ Fodit vnguibus. Lacerauit ¶ Nudata. detracto corio. ¶ Exegit rabiem. expleuit famen. ¶ In totos Armos. vocato feret toto pectore. ¶ Stat craſſa turpis Sanie. Cōparationis Ecbaſis nō inſobria. nā duos verſus non excedit. ¶ Craſſa turpis ſanie. cruore fœdatus ac oblitus tabo. Excutit. interedendū vibrat. ¶ Nodos iubarū. nodoſas & impexas iubas: quod generoſi leonis indiciū eſſe iam diximus. ¶ Deſpicit. aſpernatur: ac negligit. ¶ Viles iras paſtorum. viliū paſtorū minas: & eſt hypallage. ¶ Pallas ait. obiurgatio palladis in Plutonē. ¶ Domitor. illudit: vt apud Maronem Neptūnus: Regiq; hæc dicite veſtro. Ignaui mundi. inertiū vmbrarū quod initio dixit. Dij quibus innumerum vacui famulātur auerni Vulgus iners. & recte Pallas ignauiam vituperat. quæ ſolers ac ſtranua ſemper inducitur: & auerſari deſidiam. ¶ Teterrime. pexime quippe qui deteriorem mundi partem ſortitus eſt.

Eumenides
Ignis ſacer

¶ Eumenides. a contrario dicuntur Furiæ quoniā beniuolæ minus ſunt: vt ignis Sacer in corporum morbis. i. execrādus. de quo noſtra traductione Callimachus. Mētimurq; ſacrum q̄ dicimus auget autem plutonis admiſſum Pallas: quem non amore ſed furijs: quæ ſemper ad ſcelus impellunt: actum ait: vt proſerpinam raperet. Stimulis. impulſibus. Facibus profanis. togalibus & abominandis. quibus ad ſcelera mortales deprauant. ¶ Tua ſædere licta. tua regia ſ. Tartaro. aut præcipitem quendam iferni locum ſignificat quæ ſcelerata ſedes vocatur: vt eſt apud Ouidiū. Tibul. At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda Abdita. quam circum flumina nigra ſonant.

Sedes ſcelerata.

Audes tartareis Mundum inceſtare quadrigis?
Sunt tibi deformes Diræ, ſunt altera Lethes
Flumina, ſunt triſtes furiæ te coniuge dignæ.
Fratris linque domos: alienam deſere ſortem.
Nocte tua contentus abi. Quid viua ſepultus.

Admiſces? noſtrum quid proteris aduena mundũ?
Talia vociferans auidos vmbone minaci
Cornipedes tranſire ferit: Clypeiq; retardat
Obijce: Gorgoneiſq; premens aſſibilat hydris.
Prætentaſq; aperit criſtas. libratur in ictum
Fraxinus: & nigros illuminat obuia currus
Miſſaq; pene foret. ni Iuppiter Aethere ſummo
Pacificas rubri torſiſſet fulminis alas

¶ Audes. tanta animi licẽtia vteris: vt tibi permittas? ¶ Inceſtã
re. violare. ¶ Mundũ. quod alio nomine cælum dicimus. Nã Mũ
dus & Cælũ vnius rei duo vocabula ſunt: vt docet Plinius proin
de inepta quorundã curioſitas eſt. qui Mundũ ne ſcribi hic opor=
teat an Cælũ longa diſputatione cõtendunt. ¶ Quadrigis tarta=
reis. infernali curru. ¶ Sunt tibi deformes Diræ. habes apud te tur
pes Diras & te dignas vltrices deas. Nã Diræ furiæ ſunt in vita
dictæ quaſi deorũ iræ Vergil. Peſtis & ira deum. i. Diræ: & alibi
Vltriceſq; ſedent in limine Diræ. Diras præterea Romani vocãt **Dire.**
execrationes quas ſollẽni quodã ritu pagebant quibus ob noxij
grauiſſimas pœnas a diuinitate dare cogebantur: autor Plutar=
chus in Craſſo. ¶ Altera lethes flumina. Lethe cuius Strabo me=
minit. Hiſpaniæ fluuius eſt. hic inferni. de quo Vergil. & nos alibi
¶ Legitur & numina vtrunq; cõmode. ¶ Triſtes. Seueræ. crude=
les. ¶ Dignæ te coniuge: quæ merito matrimoniũ tuũ ſequãtur
¶ Fratris domos lucem: quæ Iouis ſors eſt & non tua. ¶ Alienã
ſortẽ. fratris potẽtatũ quẽ ſortito Iuppiter aſſequutus ẽ. ¶ Abi. fa
ceſſe. ¶ Nocte tua cõtẽt⁹. tibi ſatis eẽ dñt iferni tenebrę q̃s p ſor
tẽ tuliſti. ¶ Quid vi. ſe. admiſ. hoc vt ſcel⁹ obijcit. quoniã Ver. ait.
Corpora viua nefas ſtygia vectare carina. ¶ Quid? cur. ¶ Ad=
uena alterius cæli. ¶ Proteris. calcas. ¶ Noſtrũ mũdũ. ſũmas ter
ras q̃ ſuperis ad habitãdũ ceſſerũt. Id qđ totũ: ſeſe: cũctaq; cõple=
ctitur: extra qđ nihil eſt: a pulcherrima partium diſpoſitione Mũ=
dum Pythagoras primus appellauit. Democritus & Epicurus **Mundus**

ſnancimenſú & infinitos in eo mundos ſtatuerunt. Platonicæ ve
ro familiæ philoſophi: biſariã mundũ diuiſerũt: quorũ alterũ fa-
cit alterũ patitur: & illud facere dr: qđ quõ ſit imutabile: alteri cau
ſã: & neceſſitatẽ pmutationis iponit hoc aũt pati: qđ p mutatio-
nes variatur: & mutabilẽ qdẽ Mũdi ptẽ: a ſphera quę Aplanes ap
pellatur: vſq; ad globi lunaris exordiũ: iñ vero ad terrã mutabilẽ
Ditis imperium. eſſe dixerunt: & illic Ditis ſedẽ atq; inferos ſtatuerunt autor Ma
crob. ¶ Vociferans imane clamans. ¶ Ferit vmbone minaci in-
feſto clypeo. a parte totũ. ¶ Cornipedes. equos. ¶ Auidos tranſi
re. redeũdi cupidos ¶ Retardat. remotatur. nec elabi ſinit ¶ Obij
ce clypei. oppoſito ſcuto. ¶ Premẽs vrguens. ¶ Aſſibilat hydris
gorgoneis. Stridentibus Meduſæ crinibus equos abſterret hos i
pectore. Pallas geſtare dicitur. Prudentius. Et dũ Mineruæ pect⁹
hydris aſperat. ¶ Prætẽtaſq; aperit Criſtas. prætendit & reuelat
ſerpentũ iubas inemendati codices Legunt prætentaq; operit cri
Fraxinus. ſta: nullo conueniente ſenſu ¶ Fraxinus haſta Nam fraxinus ar-
bor (vt inquit Plinius) procera ac teres eſt pinnata & ipſo folio:
multũq; Homeri præconio: & Achillis haſta nobilitata. ¶ Libra
tur in ictũ. Cõponitur ad inferẽdũ vulnus. ¶ Obuia. protenta at-
que infeſta. ¶ Illuminat qa Cæleſtis erat & aurea ¶ Curr⁹ nigros
Obſcuras ditis Quadrigas. ¶ Pene propemodũ ¶ Miſſa. contor
ta Parũ inqt abſuit qn Ditẽ Pallas haſta tranſfoderit ¶ Torſiſſet.
vibraſſet. ¶ Sũmo Aethere. ab arce Cæli vnde fulmina mittit Iup
piter vt eſt apud Ouidiũ. ¶ Sũmã petit Arduus arcẽ. Vnde ſolet
nubes latis inducere terris: vnde mouet tonitruus vibrataque ful
mina iactat. ¶ Fulminis Alas. fulmẽ ex altera tantũ parte pen-
Fulmen alatum. nas habere dr: vt apud Ariſtophanẽ veteris comœdię poetã legi
mus. An magis ignẽ ſignificat: quẽ volucri ſpecie vetuſtas a ioue
mitti credebat: quõ qđ monere vellet: aut plectere: qđ ad nrãm
religionẽ Prudentius pite tranſtulit in Agne quõ ſcribit. En ales
Fulmen pacatum. ignis fulminis in modũ Vibratur ardens atque oculos ferit ¶ Pa
catas prime Manubiæ fulmen intelligit: quæ pacata eſt & monet
atque ipſius Iouis conſilio mittitur. vt Etruſca diſciplina prodidit
qđ ideo ſolũ placabile fingitur: qua Iouẽ. i Regẽ ſolũ: non niſi pro
Regis officium. deſſe oportet: vt ſentit Seneca. ¶ Sed illi nunquã ſatis illaudati
Tyranni: quos iã toties inſectamur ſurdis & hoc auribus ptereũt
de Iouis etiã Manubijs plura Pompeius. ¶ Rubri. vt illud Oratij
Rubenti dextera ſacras iaculatus arces.

Confeſſus generum. Nymbis Hymenæus hiulcis
Intonat:& teſtes firmant connubia flammæ
Inuitæ ceſſere deę compeſcuit arcum
Cum gemitu:taleſq; dedit Latonia voces
Sis memor o longumq; vale reuerentia patris
Obſtitit auxilio nec nos defendere contra
Poſſumus imperio vinci maiore fatemur:
In te coniurat Genitor:populoq; ſilenti
Traderis:heu cupidas non aſpectura ſorores:
Aequaleſq; choros. Quæ te fortuna ſupernis
Abſtulit? & tanto damnauit ſidera luctu?
Iam neq; Parthenijs innectere rætia luſtris.
Nec pharethram geſtare libet Securus vbiq;
Spumet aper:ſęuiq; fremant impune Leones,
Te iuga Taygeti poſito te Mænala flębunt

¶ Confeſſus. teſtatus ¶ Generū ſponte filiā plutoni concedere. ¶ Hymenæus hic Apollinis ex Calliope filius Orphei frater fuit vt de Tragœdia ſcribens Aſclepiades libro ſexto refert. Vrania non Calliope matre genitū Catullus ait. Collis o heliconij cultor. Vraniæ genus Qui rapis tenerā ad viꝶ virginē o Hymeneæ Nō nulli veneris filiū ſuſpicantur mala Capellæ carminis interpretatione. quoniā is ait: O hymeneæ decē veneris q maxima cura es. enim curā nō vt in Aſcanio Vergilius accepit ſed tm̄ deę carū voluit ſignificare: quippe cui perpetuus comes adhæreat: vt alibi teſtatur etiam Claudianus. Hunc Muſa genitum legit Cytheręa ducemque præfecit Thalamis. Quin ipſe Capella: cuius autoritate nituntur: ꝑ initia ſtatim primæ Satyræ. hymenæū muſa editum ita canit. Tu quē pſallentē Thalamis: quē matre Camena Proge=

Hymeneus. Muſe non Veneris filius vt vulgo creditur.

nitũ perhibent& infra. Seu tibi qđ Bacchus pater eſt:placuiſſe cho
reas Cantate ad Thalamos ſeu genitricis habes. Nec a vero ni=
mis abhorret:qđ apud nos tradit Donatus:& Serui⁹ repetit:Hy
menæũ die nuptiarũ Collapſa domo extinctũ eſſe.nã ſcribit etiã

Aeſculapi⁹ cur a Ioue fulminatus

Orpheus eundem Aeſculapij beneficio reuixiſſe:ideoq; Aeſcupiũ
a Ioue fulminatũ. ¶ Intonat nymbis hiulcis miſſo fulmine toni=
trus edit.nã quõ fulget proſpectantiũ opinione ſcindi nubes vi=

[illegible] iulcum fulmen

Papinij locus

dentur inde fulmen hiulcum Papinius appellauit:potiuſquã qđ hia
re facit vt Lutatius interpretatus eſt. Deos q fulmina mittunt ex
Plinio nec in ijs Hymenæũ nouimus. Sed ita Claudianus hoc di=
xit:vt Iuno Vergiliana. Tu potes Aeneã manibus ſubducere gra=
iũ. Proque viro nebulã:& ventos obtendere inanes. Et potes in

Ignis & aque in ma trimonio

totidẽ Claſſẽ cõuertere Nymphas:quæ per alios egiſſe Venerem
conſtat ſed ei cuius gratiæ datũ eſt imputatur. Ita nunc tonitrum
quo matrimonium Iuppiter approbauit Hymenæo poeta tribuit
aliter non conueniret. ¶ Flammæ teſtes fulminis interuentus.
Firmant connubia·Confarrationem matrimonij ratã faciunt.ex
antiqua nuptiarũ religione. Nam noua nupta ignem & aquam iu
bebatur attingere cauſam refert Plutarchus in problematibus:&
Lactantius:ac vtroque prior. Varro. Sed locũ hinc cõmode poeta
trãſpoſuit: ex illo Ver. Fulſere ignes & conſcius Aether cõnubij.
¶ Deæ pallas & Diana nam Venus confectare iam diſceſſerat.

Salue Uale

¶ O. ſuſpẽde particulam quo mitior affectus exprimatur. vt apđ
Verg. O longũ formoſe vale. vale iqt Iolla lõgũ vale Verg. Salue
Aeternũ mihi maxime Palla Aeternũq; vale.nã mortuos hac ſa=
lutatione tãquã nõ amplius viſuri veteres dimittebãt. vt Varro=
nis teſtimonio tradit Ser.& nos ante diximus. ¶ Reuerẽtia pa=
tris obſtitit auxilio pietas in Iouẽ nr̃a nõ ſinit vt opẽ tibi ferã⁹
¶ Nec nos defendere contra poſſumus Antipophora quod ſi ma
xime vellemus: irriti conatus eſſent in ſummũ deum ¶ Fatemur
ingenue de nobis dicimus ¶ Vinci maiore imperio impares eſſe
Iouis numini ¶ Genitor vtriuſq; pater Iuppiter ¶ Coniurat in=
te. Conſpirat ad hanc rapinam. teſtatur & Heſiodus Iouis per=
miſſu raptam eſſe proſerpinam ¶ Populo ſilenti vmbrarum peri
phraſis quæ voce carent Non aſpectura quæ poſt hac non vide
bis. ¶ Sorores cupiditas ſtudioſas & amantiſſimas tui ¶ Aequa
les choros Aequalium virginum cœtum ¶ Quæ fortuna quæ
ſors aduerſa: ¶ Abſtulit te ſuperis Eripuit cæleſtibus: aut ex hac

luce ¶ Iam re amiſſa. ¶ Neq; liber non ſedet animo: neq; iuuat ¶ Innectere raetia luſtris Parthenijs Parthenij mõtis ſaltus indagine cingere. in hoc frequẽter Dianã venari ſolitã cũ virginib⁹ ante diximus. vnde nomen ἀπὸ τῶν παρθένων vt ſcribit Seruius. ¶ Nec pharetram geſtare libet Nam Sagittarum Thecam vel ocioſa Diana non reponit Vergilius Illa pharetram fert humero ¶ Aper agreſtis Sus ab aſperitate ſetarum: vt Varro ſentit: vel a græcis qui κάπρον dicunt ¶ Spumet. alluſit ad apri naturam: qui ſpumam frendens emittit. inde Vergilius Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem: ¶ Seui feroces. ¶ Fremant. rugiant quod nimiæ ſecuritatis indicium eſt. nam in periculis. & timore tacent ¶ Impune. paſſim. ¶ Te flebunt. affectum traxit ad hyberpole ¶ Iuga Taygeti. Montis Laconiæ qui Spartæ & Amyclis imminet. ita quam cæteri montes Dianæ gratior: vt ex vrbibus Perge: ex inſulis Doliche. autor in hymnis Callimachus Eſt autem Doliche e regione Chimeræ lycij montis inſula. Perge vero Pamphiliæ ciuitas: vnde Diana Pergæa Mõti Taygete Nympha nomẽ dedit Eurotæ mater: vt ſcribit Stephanus. illic erant denſiſſimi ſaltus lacænarum venationibus. quas hic intelligit ¶ Mænala. mons Arcadiæ Lycaonis filio cognominis vt ante eſt dictum ¶ Poſito venatu. omiſſo venandi ſtudio nam illic etiam Nymphæ venabantur inde quom venatricem vellet deſignare Vergilius ait aut virginis arma Sparta næ.

Parthenius mons

Aper

Diane gratiſſima loca

Taygetus

Perge

Doliche

Menala

Cynthus

Venatu: mœſtoq; diu lugebere Cyntho.

Delphica quinetiam fratris delubra tacebunt:

Interea volucri fertur Proſerpina curru.

Cæſariem diffuſa noto: planctuq; lacertos.

Verberat & quæſtus ad nubila fundit innanes:

Cur non torſiſti manibus fabricata Cyclopum

In nos tela Pater: Sic te crudelibus vmbris.

Tradere? Sic toto placuit depellere mundo?
Nulla ne te flectit pietas? nullum ne paternæ
Mentis ineſt? tantas quo crimine mouimus iras?
Non ego: te contra quater et quo phlegra tumultus:
Signa deis aduerſa tuli: Non robore noſtro

¶ Cyntho Deli monte. Sed & ipſa quandoq; Delos ita dicta eſt: a Cyntho Oceani filio. quod tradit Stephanus. Inde primũ Diana profecta in Atticam ad Agras venationem exarcuit: vt legimus apud Pauſaniam. ¶ Quin etiam. præterea. ¶ Delubra fratris. Apollinis fanum. ¶ Delphica. Calliſthenes de rebus græcis i j. Clara græciæ oracula hæc enumerat. Iſmenium in agro Thebano Trophoniũ in Lebadæa: & quod phoceſe vocant ad Abas: omniumq; præſtantiſſimum Delphis in Bœotia iuxta Parnaſũ. de quo Trogus & Strabo plura. Delphis nomen a ſe dedit Neptunni filius Delphus a Melantho ſuſceptus filia Deucalionis: vt ſcribit interpres Lycophronis. quam Neptunnus in Delphinem mutatus compreſſit. vnde nato puero nomen. fabulam percurrit Ouidius in eiuſdem dei mentione quom ait. Te ſenſit equum Crinita colubris Mater equi volucris: ſenſit Delphina Melanto. Nã quod alij legunt de Melantho Protei filia: non conuenit. Quæritur & a nonnullis: etiam bene doctis. Cur Neptolemi cædẽ ſcribens Vergilius. Delphicas Apollinis aras patrias appellarit. Eq; dem ſicut affirmare non auſim. Vana ne ſit hiſtoria quam Seruiꝰ affert an non. ita omiſſis ambagibus: abſolute patrias illic accipio quoniam Pyrrhus ad aras eiuſdem dei obtruncatus eſt: cuius antea pater eius Achilles, quod etiam Pauſanias notauit. qui ad hanc ſententiam græce loquitur. Subit admiratio cogitantem: omnibus qui Aeacidarum cognomine cenſebantur: vnam necis ſortem diuinitus obtigiſſe. Siquidem Achillem a Paride Priami filio & Apolline interfectum Homerus autor eſt. Pyrrhi Achillis filij cædem oraculum Delphicis imperauit. Poſtremo Pyrrhus Aeacidæ filius Argis diem obijt necis autore Cerere: vt Argiuorum fides aſſeuerat: & Leucæas carmine complexus eſt. hæc ille. Maronis ergo Andromache patrias aras dixit: quaſi Achilli Pyrrhoq; fatales. ¶ Tacebunt & hoc ab hiſtoria. Nam religioſis

Agre locus attice

Oracula totius grecie clariſſima.
Delphi vñ

Delphus
Melantho
Deucaliõis
filia
Ouid. locus

Verg. carmẽ exponit.

Aeacidarũ vna necis ſors.

quibuſdã diebus: Delphis reſpõſa non reddebantur vt Plutarch⁹ in Alexandro refert meminit & Auſonius ad Paulinũ. ¶Interea dũ hæc Diana cõqueritur ¶Fertur. rapitur ¶Volucri curru citaris dei Quadrigijs ¶Cæſariẽ diffuſa noto paſſis ad ventũ crinibus ¶Planctu palmarũ plauſu Ouidius in Faſtis pectore plangit humũ ideſt pulſat ¶Fundit quæſtus inanes. vanas. querelas ¶Ad nubila. i auras quo ſpiritus oĩs comeat & ipſa vox aer ictus eſt vt philoſophi diſputant aut ſpargit in ventos. a quibus irrita verba diſpari dicũtur. Tibullus Hæc mihi fingebã quæ nũc Eurusq; Notuſq; iactat odoratos vota per Armenios ¶Pater. affectũ mouet hoc nomẽ ¶Torſiſti. iaculatus es ¶In me licet filiã ¶Manibus fabricata Cyclopũ tela fulminis circũlocutio, de Cyclopibus qui fulmina Ioui fabricãt: repete quæ ſupra dixim⁹. Eſt autẽ Pathos a minore nã quõ de cælo tangi per ſe magnũ ſit minus tamẽ eſſe cõtendit quã ita rapi. ¶Sic me: Sic me: breuibus huiuſmodi interrogatiũculis: infinita prope miſeratio cõparatur ¶Placuit: viſũ eſt: ¶Vmbris manibus ¶Pietas ſãguinis caritas ¶Nullũ mẽtis paternæ Nihil affectus paterni qui nimirũ magnus eſt Vergilius Patrius neque enim cõſiſtere mentem paſſus amor ¶Tãtas quo crimine mouimus iras. inſtat interrogãdo quoniã difficilis eſt reſponſio. nã quid aliud a Ioue dici poſſet: quã nullo ¶Non ego Vergilij locus apud quẽ Dido Non ego cum danais troianã excindere gentẽ Aulide iuraui ¶Signa dei s aduerſa tuli plus eſt quã ſi diceret arma ſumpſi, Nã militari Romanorũ more nõ niſi Strenuiſſimo cuique vexilla cõmittebãtur quos totus exercit⁹ ſequebatur: inde tractũ vt in quacũque re princeps: metaphorice ſignifer appellatur Prudẽtius in Diuo Romano Tu cauſa mortis Tu malorũ ſignifer ideſt autor ¶Quateret quõ phlægra tumultus Pallene Traciæ ciuitas cui Pallene Sithonis filia: Cletique (vt Egeſippus ait) vxor a a ſe nomẽ dedit: Phlægra dicta prius eſt ob ea quæ de Gigãtibus illic geſta hominũ opinione referuntur Verum de rebus Macedonũ ſcribens Theagenes aliter hiſtoriæ fidẽ prodit Pallenẽ quæ veteri nomine Phlægra vocabatur Homines inquit tenuerunt quibus immanitas & ſuperbia morũ Gigantum cognomẽ peperit in hos ineũte prælĩũ Hercule fulmina de cælo ferri donec ſe fugæ cõmiſerũt magnaque victoria ſuperati ſũt inde rumor i vulg⁹ Belli cõtra deos Gigãtũ manauit Idẽ ſẽtit Eudoxus Eſt & altera Cãpaniæ

Delphici oraculi vice nefaſti

Signifer Palulee

Gigantes q Phlegra

Phlegre⁹ phlægra:quam per hiſtoriã cõmitatur vt refert Strabo ab vtraq̨ Phlægre⁹ deducitur:& vni Lycophroni phlægr⁹ ¶Robore.vj.

Oſſa pruinoſum vexit glacialis Olympum
Quod conata nefas: aut cuius conſcia culpæ
Exul ad immanes Erebi detrudor hiatus:
O fortunatas: alij quaſcunq̨ tulere
Raptores: Saltem comuni luce feruntur
Sed mihi Virginitas pariter cælumq̨ negatur
Eripitur cum luce pudor terriſq̨ relictis
Infelix ſtygio ducor captiua Tyranno.
O male deiecti flores: deſpectaq̨ matris
Conſilia: O Veneris deprenſæ ſerius artes
Mater Io: ſeu te phrygij ſin vallibus Idæ
Mygdonio buxus circumſonat horrida Cantu.

Phlegrus ¶Oſſa Theſſaliæ mons: de quo ſupra ¶Glacialis niuoſa ¶Vexit impoſitum tulit negat a ſe mõtes cõgeſtos: vt olim a Gigantibus quom iter affectarẽt in cælum Vergilius in Aetna Cõſtruitur magnis ad prælia montibus agger Pelion oſſa creat ſũmus premit oſſan olympus ¶Olympũ Macedoniæ montẽ cuius ãte meminimus ¶Pruinoſum roſcidum nam ſereno cælo ros cadit niues non niſi turbato atq̨ Olympus adeo ſublimis ẽ vt credatur Olympi altitudo altius etiam quã vnde hymbres cadunt ſurgere quia de aris quas in vertice ſuſtinet non abluitur cinis autor Solinus ¶Detrudor ĩpulſu pellor ¶Immanes hiatus Barathrũ ¶Erebi inferni ¶O fortunatas exclamatio quæ ſignificationem doloris habet & pathos excitat vt illud Andromaches apud Maronẽ O felix vna ante alias Priameia virgo Hoſtilẽ ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis iuſſa mori ¶Raptores quicunq̨ prædones & nõ hic ¶Saltẽ confirmat ſentẽtiam ¶Comuni luce feruntur lumẽ ſolis vſurpãt

quod omnibus æque patet Ouidius.Comunemq; prius ceu lumi
na ſolis & auræ Cautus humũ longo ſignauit limite foſſor ¶Ne
gatur aufertur ¶Pariter vna ¶Virginitas & cælum pudor ac di
es quod inſequẽtia declarant ¶Captiua non vxor aut pellex quæ
voluptatis nomina ſunt ſed quo pathos augeat: Captiua dixit.
¶O male delecti flores:quorum gratia rapinã patior. ¶Male.
mea cũ pernicie.Lucanus de Syrtibus.Sic male deſeruit. ¶Deſ=
pectaq; matris conſilia nam filiæ diſcedens Ceres mandauerat:
ne foras euagaretur ſupra de Proſerpina Claudianus Iamq; au=
dax animi fideiq; oblita parentis &c. ¶Artes.fraudes.vnde illđ
Maronis artificis ſcelus nã quã græci technam.nos artẽ vocamꝰ
& dolum. ¶Deprenſæ.detectæ. ¶Serius.tardo nã prius opor=
tuerat:quã nocerent. ¶Io.dolendi particula.Tibullus Vror Io.
remoue ſæua puella faces & apud Sophoclẽ Philoctetes item ti=
dẽclamat Io Io.exprimit & læticia geſtientis affectũ. Naſo.Di=
cite Io.pæan & Io.bis dicite pæan. Eſt & iubilantiũ Ruſticorum
quos imitatus Apriſius ait:Io.Baccho,qs me iubilat. ¶Seu phry
giis in vallibus Idæ hypallage ẽ enim ordo in vallibus idæ phry
giæ.de qua ſuperius expoſuimus. ¶Cantu mygdonio. Lydio.
Nam Carius Iouis & Torrebiæ Nymphæ filius:quom forte va=
gus erraret incidit in paludam quoi quom nondũ nomen eſſet
ab eius matre Torrebia vocitauit ibi Nympharũ quas Muſas ly
di appellant auditos cantus edidicit:autorq; lydiæ modulationis
extitit:vt Nicolaus damaſcenus in quarto refert:& Stephanus.
Martianus præterea Capella ita ſcribit in nono In lydia Nym=
pharũ inſulas dicunt quas ẽt recentior aſſerentiũ Varro ſe vidiſſe
teſtatur q̃ in mediũ ſtagnũ a continenti procedentes:cantu tibia
rũ primo in circulum motæ dehinc ad littora reuertuntur.Eun=
dẽ ſane locum deſignat Plinius libro naturalis hiſtoriæ ii. In ly=
dia quæ vocãtur Calaminæ:non ventis ſolũ ſed etiam contis quo
libeat impulſæ:multorũ ciuiũ bello Mithridatico Salus: Sunt &
in Nymphæo paruæ ſaltares dictæ:quoniã:in Symphoniæ cãtu
ad ictus modulantiũ pedũ mouentur.Fugerunt hæc Hermolaum
qui Calminas caſtigat Stephani teſtimonio:quõ tñ is nõ Calbin
ſed Calbion in lycia fontem memoret quẽ alii Calemon nõnulli
p.M. Calemõ (vt ait) vſurpent.& illic de fluctuãtibus.inſulis nõ
de fontibus aut aquis omnino Plinius agat quæ vero tanta no=
minis eſſe põt affinitas vt tota prouincia diligentiſſimus locorũ

Male
Artes
Io.
Torrebia lydie palus
Muſe
Lidia Harmonia.
Plinii locꝰ diligenter examinatus
Calamine inſule que ſaltares

Carius viri nomen & Montis

p er ſcrutator aberrarit Nos in Lydia contendimus eſſe non in lycia neq; fontē ſed inſulas Calaminas appellatas vel a Calamis ad quorū cantum nūeroſius mouebantur vt athenienſi Demetrio noſtro placet vel vt equidē legerim Carias a Cario Iouis filio q diuinos honores aſſequutus in lydia quoq; mōti nomē a ſe dedit eædē ſalteres ēt noiantur qppe Nymphe⁹ a Nymphis illic hītātibus: & Torrebia duo lac⁹ vnius noia ſunt inſulaſq; Calaminas ſeu Carias nō diuerſas accipimus Quin ipſa Plinij verba ſic emēdanda cēſemus Sunt in Nymphæo paruæ ſaltares etiam dictæ vt

Nymphæus

verbū ſunt cū ſuperiore ſimul ac ſequente clauſula cōiungatur: & quas antea nomine Calaminas in Lydia cōſtituerat eaſdem in Nymphæo ibidē lacu circūſcribat quæ ſaltates alio verbo memorētur ex cauſa quam refert Cōfer verba Nicolai: Stephani: Varronis & Capelle cū Plinianis & nihil ambiges Multorū verociuiū Mithridatico bello ſalus fuerūt quoniā Regis iuſſu quō quicquid ciuium Romanorum in Aſia fuit trucidatū eſſet vt narrat etiam Liuius in has inſulas cōplures elapſi ſunt a cæde.

Seu tu ſanguineis vlulantia Dindyma Gallis

Incolis: & Strictos Curetum deſpicis enſes:

❡ Seu incolis ſeu te nunc habēt ❡ Dyndima deum matri ſacer mons imminens Cyzico dictus (vt autumat Philoſtephan⁹) qđ illic vbera extiterint gemina quæ Didyma græci vocāt Strabo tātū numero multitudinis Statius vnius etiā declinauit Cui vertice ſacro Dindymō & cæliſ decreuit mōtib⁹ Ida Græcus autor Horus de populis & vrbibus ſcribēs ait mōti nomen inditum δια την δινησιν .i. a capillorum rotatione quā illic Fanatici factitabāt vnde mos iactandi per furorem capitis ad alios poſtea manarit alij quoniam Didymis hoc eſt duobus iugis aſſurgat Nōnulli ferūt in ponto Dianæ comitē puellam fuiſſe cui nomen Aura quæ liberi vim paſſa quō Dianā vereretur ī eum locum cōfugerit enixamq; vno partu geminos quos Διδυμους græci vocant appellationis cauſā dediſſe vt Pocridis apud Ouidium timor nō vanus omnino fuerit quæ tanquam puelle nomen accepit Auram quam Cephalus a venatione captabat ❡ Vlulantia Catullus de ſacris Cybeles vbi ſacra ſācta acutis vlulatib⁹ agitāt ❡ Gallis Gallus & Atys adoleſcentes officij formæ p̄ gratia deū matri dilecti quom forte numinis offenſam contraxiſſent acti furore

Dindyma mons vnde.
Caput p furore iactare vbi primum.

Aura

Nympha

pudenda ſibi abſciderunt· Quorum Gallus ad Tetian Phrygiæ fluuium conſedit:qui poſtea Gallus ab eo dictus eſt. vt polyhiſtor Alexander de phrygibus ſcribens libro tertio refert. Ab hoc amne Berecynthiæ. Sacerdotes Galli memorantur: cuius aqua epota mentem mouet. Ouidius in Faſtis. Inter ait viridē. Cybelen altaſque celenas Amnis it: īſana nomine Gallus aqua Qui bibit inde furit. Ad hoc Ouidij carmen ex arte amandi nō nulli referunt Porrige & ancille quæ luce pependit Luſa marita li Callica veſte manus Nos autem qua luce legimus ex Ariſtide Mileſio qui de rebus Italicis ſcribens libro primo ſic ait Gallorꝝ Dux Atepomorus quom Romanos longa obſidione iam feſſos ac fathiſcentes videret: poſtulauit: vt ſi ſaluos ſe vellent matres familias & virgines ad ſtuprum dederent Senatus Retanæ ancillæ conſilio ad hoſtes habitu dominarum ſubmiſit ancillas datoque ab eiſdem ſigno eruptione facta Romani ſomno meroqꝫ depoſitos Gallos omnis obtruncant parta victoria Ancillariorum diem ſollennem perpetuo ſanxerunt hiſtoriam repetit etiam Plutarchus· & Macrobius:ſed is alios ſequutus annales ab Ariſtide Paulo deflexit. Ouidius Amanti præcipit:vt Nonis Caprotinis quo die Galli ceſi ſunt aliquid ancillæ largiatur:vt alacrius operam nauans:ad dominam iter affectet. ¶ Sāguineis qui ſua membra diſſecant:quem morē noſter Prudentius inſectatur: & Papinius expreſſit. Pinigeri rapitur Simoentis ad vndam Dux veſana chori:cuius dea ſanguine lecto ipſa dedit ferrum. ¶ Deſpicis ſpectas. aliqui dexeris legūt.i.euaginas ac ſtrigis. vñ nud⁹ gladius exertus dicitur. quippe ex atqꝫ de pꝛępoſitiones:vt numeris obſequantur:inuicē poetæ ponunt. ¶ Curetum. de his longa Strabonis eſt diſceptatio. quos alij in Creta: Alij ī Eubœa. Alij in Samothracia: Alij in Phrygia Iouem nutriuiſſe ſentiunt: ij ne vagitu puer ſeſe proderet: excogitato nouo luſus genere Clypeolis Aeneis inter ſe concurrentes æris Tinnitu: atqꝫ numeroſi Pedis compoſitione qui Dactylus ab eis dictus eſt: Saturnum cælauerunt Eorum preterea fabuloſam originem Diomedes grammaticus exequitur Aiunt inquit opem in Idam Cretenſem ex fuga delatam quom puerperij tempus inſtaret: primam montis partem manibus aprendiſſe atqꝫ ita partu ſolutam ex impreſſione vero palmatum Curetas prodijſſe quos ab effectu græci nominis dactylos. i. digitos & Ideos a monte nominauerunt vt a po

Teria flu. q̄ ꝛ Gallus
Galli ſacerdotes vnde
Ouid. locus
Curetes
Curetum fabuloſa origo.
Dactyli Idei
Curetes vnde.

Anchiale Nympha

pulis oculorum quas græci κορασ appellant vel a galearum co|no Curetes Idem videtur confirmare Lucre. hoc verſu Terrificas capitum quatientes numine criſtas Apollonius & eius interpres ex Steſimbroto non vt Diomedes ab ope ſed a Nympha quam vocant Anchialen id factum narrant Affert Vibius in opuſculo de fluminibus Atacini Varronis ſuper hac ipſa re carmen cuius etiam teſtimonio Seruius vtitur ideſt huiuſmodi Quos magno Anchiale partus adducta dolore Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis .i. Cretæ ſolum cuius fluui⁹ Oaxes ē vt ipſe quoq; Seruius ex Philſthene græco (vt arbitror) autore recitat Quis ergo Politianum ferat: qui ſuper Oaxe fluuio & Creta fœde lapſū Seruium ſcribit quom is multo quam ipſe copioſi⁹ de Oaxe Cretæ amne diſſeruerit Teſtantur aliquod eius antiqua exēplaria Teſtatur etiam Boccatius qui neſcio quid de hoc ipſo Oaxe iamdudum ex interpretatione Seruij ſuis genealogijs inſeruerat Sed & ipſe quoq; deprauatum codicē nactus Antilenā corrupto puellæ nomine pro Anchiale trāſcripſit idē vitium ſequuti ſunt q̄ Maronis opa M̄ſi nup ipreſſerunt deflexo in deterius (vt ſolēt) loco qppe qui nūc Antilenā qn̄q; tutelā ſcripſerit Ex hac hiſtoria Naſonis verſus ex. iiij. metamorphoſeon ſuperioribus annis legimus & interpretati ſumus Tactaq; ſatos curetas ab Ida quāuis ab hymbre ſcriptum ſit Nam qui reparatos fungis Curetas aiunt nullos aut certe malos habent autores Illud autē quod pro ſe firmiſſimū ducunt Corpora vulgarunt pluuialibus edita fungis nihil ad curetas facere in noſtris originibus diſputabimus lubet tamen adhuc Ouidij carmen in medio relinquere

Defenſus a Calūna Seruius

Ouid. loc.

Exitio ſuccure meo Compeſce furentem
Comprime ferales torui prædonis habenas
Talibus ille ferox dictis fletuq; decoro
Vincitur & primi ſuſpiria ſentit amoris
Tunc ferrugineo lacrymas deterſit amictu
Et placida mœſtum ſolatur voce dolorem

Deſine funeſtis animum proſerpina curis
Et vano vexare metu maiora dabuntur
Sceptra nec indigni tedas patiere Mariti
Ille ego Saturni proles cui machina rerum
Seruit & immenſum tendit per inane poteſtas
Admiſſum ne crede diem ſunt altera nobis
Sidera ſunt orbes alij Lumenqꝫ videbis
Purius: Eliſioſqꝫ magis mirabere campos
Cultoreſqꝫ pios illic pretioſior ætas
Aurea progenies habitat Semperqꝫ tenemus

Exitio ſuccurre meo. meæ neci nam ſimplici quodā puellari ti more videbatur ſibi mortē obire ¶ Comprime ſtare coge ¶ Habenas ferales mortiferū currū ¶ Prædonis raptoris ¶ Toruí. Atrocis quod ex aſpectu colligebat ¶ Ferox quāuis ferox ac flecti indocilis vt ſupra dixit. ¶ Fletu decoro pulchro nam quā quā lugētium deprauātur ora & gratiam ſiquā habent amittunt nonnullæ tamen formoſiores ī luctu vidētur vt in Tecmeſſa notauit Ouidius quæ mœrens Aiaci placuit ¶ Primi ſuſpiria ſētie amoris ducto gemitu teſtatus eſt amori tandē ſuccubuiſſe ¶ Detexit ſcribe deterſit .i. ſiccauit ¶ Amictu veſte ¶ Ferrugineo ꝓ prius inferni coloris eſt Verg. de Charonte & ferruginea ſubuecta corpora Cymba ¶ Deſine noli ¶ Vexare. ſollicitate ¶ Animum ſcilicet tuum puellarem ¶ Funeſtis curis mortis metu nā ſe perditum iri proſerpina dubitabat aut certe pernitioſis ait quæ corpus extenuant & necem plærunqꝫ maturant ¶ Vano. nam nihil eſt quod timeas ¶ Nec indigni tedas patiere ꝑ mariti non nubes ī glorio ¶ Tedas coniugium ex eo nuptiarum ritu: quem ſupra recitauimus ex Plutarcho ¶ Ille ego Saturni proles Extenuat culpam commemoratione ſuæ dignitatis quam amplificat emphaſis geminati pronominis Pluto, vero (quod ex Euhemero ſcribit Ennius), Saturni filiꝰ fuit & Rheæ Iouis frater.

Ferrugineus in ferni ȝ coloꝛ

¶Cui. mihi ¶Seruit famulatur ¶Machina rerum mūdi elemā ta nam quicquid oritur in terram recidit vt dictū eſt ¶Poteſtas imperium ¶Tendit propagatur. ac ſe porrigit ¶Per inane per inferos qui vacui ſunt: & omnium capaces vt Ouidij carmine iā docuimus & Verg Perque domos ditis vacuas & inania regna de ſede Plutonis & potentatu: repete quæ ſuperius ex Macrobio copioſius ex poſuimus quippe nonnulli ex grauioribus & Platonice ſectæ philoſophis diſputabant inter Lunam terraſq; locum mortis & inferorum vocari Ipſamq; lunam eſſe vitæ mortiſq; confinium & animas inde ad terram fluentes mori inde ad ſupera meantes ad vitam reuerti ¶Immenſū. infinitum quod Democritus Epicurus & Lucretius ſenſerunt ¶Altera ſidera præterea quæ ſunt apud ſuperos aut certe clariora Vergilius in Elyſiorum mentiōe Largior hic campos Aether & lumine veſtit: Purpureo ſolemq; ſuum ſua ſidera norunt nam purior ijs fulget Sol qui colunt iſulas fortunatas in lunæ corpore quā nobis qui longius abſumus ¶Orbes aſtrorū globi vel terræ ſpacia ¶Magis mirabere longe ſuſpicies & alluſit ad illud Maronis Quamuis Elyſios miretur græcia cāpos quos in Bœotia celebrat Lycophron in agro Thebano: Dion: Plutarchus & Philoſtratus in inſulis Britanicis ad Occeanū quibus aſtipulantur Eurypides: Heſiodus: & Homerus in Arcadia quoq; reddūtur & in Hiſpania quod ſcribit etiam Strabo Herodotus & Duris Aegipto contribuunt nō procul a ciuitate cui nomen Auaſis Eoſdem Deiotari gener Caſtor: ille Romani nominis ſtudioſiſſimus ī lunæ globo conſtituit vnde inſtitutū ait vt qui natalibus apud Romanos præſtarent lunulas ī calceis ferrent: argumēto quod obita morte rurſus animi ſubiectā pedibus lunā calcabūt .id qđ Lucanus & Papinius affirmauerunt ¶Pios nā ſolum qui cū virtute vixerunt illuc accedunt Infra Claud. Exultant cū voce pij. ¶Pretioſior ætas præſtātius hominum genus alluſit autem ad quattuor illas ætates quas a metallis Heſiodus appellauit ¶Aurea progenies qualis ſub Sarturno fuiſſe dicitur Quæ vindice nullo ſponte ſua ſine lege fidem: rectūq; collebat: vt eſt apud Ouidiū. Prudentius in Symmachum de Saturno Hæc cauſa ē & origo mali. Quod ſecla vetuſto Hoſpite regnāti crudus ſtupor aurea finxit. ¶Semperq; tenemus quod ſup.me.ſe. Superos quibus opponūtur inferi: deos aut hoies apte poſſumus hic intelligere ſed in dijs altior

Plutonis imperium

Lunati calcei cur

Aurea Aetas

erit ratio:quippe tū nos inferos ſtatuemus:q̇ ſemel aiam cęlitus ſortiti nō amplius amittimus:nā ſubinde p̱ corpora migrat. vt Aegyptios ſequutus Pythagoras aſſerebat. Si vero ſuperorum nomine mortales accipias:perſpicuus ſenſus eſt.

Quod ſuperi meruere ſemel. nec mollia deſunt
Prata tibi: Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores: quos nec tua protulit Aetna
Eſt etiam lucis arbor prædiues opacis
Fulgentes viridi ramos curuata metallo
Hec tibi ſacra datur fortunatumq́ tenebis
Autumnum: & fuluis ſemper ditabere pomis
Parua loquor Quicquid liquidus cōplectitur aer
Quicqd alit tellus: qcqd maris æquora verrunt
Quod fluuij voluūt: quod nutriuere paludes
Cuncta tuis pariter cædent animalia Regnis
Lunari ſubiecta globo: qui ſeptimus auras
Ambit: & æternis mortalia ſæparat aſtris
Sub tua purpurei venient veſtigia Reges
Depoſito luxu: turba cum paupere mixti.
Omnia Mors æquat Tu damnatura nocentes
Tu requiem latura pijs te iudice ſontes
Improba cogentur vitæ commiſſa fateri
Accipe lethæo famulas cum gurgite Parcas
Sit Fatum quodcunq́ velis. Hæc fatus ouātes
Exhortatur equos: & Tartara mitior intrāt

¶Mollia florulenta quæ ſubſtratis herbis plumeum torum præ bent contra Tibullus humum cultam pro dura poſuit ꝙ arata tellus & herbis nuda mollem iacẽti confeſſum non exhibet Et te dum liceat teneris retinere lacertis Mollis & inculta ſit mihi ſomnus humo ¶Halant ſpirant ¶Melioribus Zephyris fœcundioribus & quorum flatu ſpecioſius terra floreat ¶Perpetu per totum annum. ¶Quos ideſt quales Vergilius Quos ve dabas gemitus ¶Tua Aetna ſuboritur illa eadem controuerſia Aetna ſcribendũ ne ſit an Enna Callimachus in hymno Cereris Ennam deæ ſacram canit ſed & Aetna defendi poteſt vt ante diximus ¶Eſt etiam arbor Aemulatio Maronis qui primus (vt ſentit Seruius) cõmẽtus hoc eſt ¶Prædiues aureo ramo ¶Lucis opacis expreſſit illud Maronis hunc regit omnis Lucus ¶Fulgentes aureos ab eo Diſcolor vnde auri p ramos aura refulſit. ¶Viridi fuluo ¶Sacra datur dicatur Vergi. Iunoni infernæ dictus ſacer Autumnum fortunatum precioſos & aureos fructus ab anni tempore proueniunt hinc Autumnus (vt Feſtus autumat) dictus eſt quod tum maxime coactis fructibus hominum opes augentur ¶Fuluis pomis Verg. Aurico mos q̃ quis decerpſerit arbore fœtus ¶Lunati ſubiectá globo Pythagoras exiſtimauit a lacteo circulo deinceps incipere Ditis imperium: quia animæ inde lapſæ videntur iam a ſuperis receſſiſſe inde primam naſcentibus alimoniam lactis ait offerri quia primus animis motus a lacteo incipit i corpora terrena labẽtibus ¶Qui ſcilicet globus & orbis lunæ Vergil. Lucentemque globum lunæ Sed & Solis etiam globus dicitur Prudentius vna virtus condidit Globos dierum noctiumꝙ præſides Et alibi Cadet rotatus ſolis in terram globus ¶Septimus in ordine planetarum qui ſunt Saturnꝰ Iuppiter: Mars: Sol: Venus: Mercurius: & ipſa poſtremo Luna lege Maternũ ¶Ambit circuit ¶Auras cælum ¶Sæparat diſcludit ¶Mortalia caduca nam ſic appellant noſtri ¶Ab aſtris æternis a cæleſtibus ſemper mãſuris ¶Purpurei ſcilicet in vita Vergilius Illum non populi faſces non purpura Regum ¶Luxu ambitioſo cultu ¶Omnia mors æquat inde Romanus ille vir erumnis & animi robore clarus ita apud Prudentium perorat Hoc perdo ſolum: quod peribit omnibus Regi Clienti pauperique & Diuiti. Sic Vernularum: ſic Senatorum caro Tabeſcit: imo quom ſepulchro condita eſt Quin apud inferos Diues a pau-

Enna

Arbor aurea Proſerpine ſacra

Autumnus vnde

Ditis ſpiũ

Globꝰ Solis & lunę

Reges purpurei.

Mors omnium cõis

pere nihil intereſt Propertius Lydus Dulichio nil diſtat Crœſus
ab Iro Conſule cum Mario Capte Iugurtha ſedes ¶ Sontes ſcele
rum conſcij ¶ Improba commiſſa delicta ¶ Accipe me largien
te ¶ Parcas fatorum deas præſtites quæ tua faceſſent imperata
non ſecus ac Ancillæ ſolent ¶ Sit fatum quodcunque velis com=
pone fortunas hominum pro libidine quo nec dari maius: nec
ſingi potuit proinde dicendi finem Pluto fecit ¶ Exhortatur.
calcaribus: aut verbis increpat ¶ Equos ouantes parta victoria
lætos Quid autem proprie ſit ouare longa diſputatione docet
Gellius ¶ Mitior aliquantiſper pacatus minuſq; ſolito ſæuus.
Eſt enim comparatiuum per imminutionem: nam quando mi= Comparatiuũ ꝑ imminutionẽ
tis eſt Pluto: Sic illud Maronis Triſtior & lachrimis oculos ſuf=
fuſa nitentis in Venere Seruius exponit & in Charonte Iam ſe=
nior: ſed cruda deo viridiſq; ſenectus autoritate Varronis & Pli
nij. quanuis a Valla per calumnias arguatur ¶ Intrat Tartara.
ſubit inferas Tartarus aer eſt ſub vtroq; cardine craſſus: ac perpe Tartarus ꝛ.que inde
tuo brumæ rigore damnatus: & nocte. quam denſæ nubes effi
ciunt: vt ſcribit Crates: vel vt Homerus accipit locꝰ in quo Satur
nus eiuſq; Comites ſub terra coercetur inde Tartareꝰ penultima
frequẽtius breui: ſ; etiã longa exẽplo Eurypidis qui per dipthon
gon enunciauit quod ſi Tænara leges (vt nonnulli codices habẽt Tenara
orcum ſimpliciter intellige vt quom dicimus Auernum & ip=
ſius Ditis ſedem ſignificamus Nam Tænarum Laconiæ ꝓmon Tenarus
torium eſt aduerſum Aphricæ & in eo ſpiraculum quod ſcribit
Solinus quippe Tænarus Iouis filius Gereſti frater aſſumpto al=
tero Germano nomine Calabro Laconiam prætervectus eſt &
occupato loco Templum Neptunno erexit & a ſe Tænarum nũ
cupauit vt inquit Stephanus Fuit & alter Tænarus Icario patre Calaber
natus a quo ciuitas portus & Laconiæ promontorium nomen
accepiſſe dicitur Superius tñ ex alijs autoribus diuerſa retulimꝰ

Conueniunt animæ quantas truculentior hauſter
Decutit arboribus frõdes aut nubibus hymbres
Colligit: aut frãgit fluctus: aut torquet harenas
Cunctaq; præcipiti ſtipantur Tartara curſu

Inſignem viſura nurum.mox ipſe ſerenus
Ingreditur: facili paſſus molleſcere riſu:
Diſſimiliſq; ſui.Dominis intrantibus ingens
Aſſurgit Phlegeton:flagrātibus hiſpida riuis
Barba madet:totoq; fluunt incendia vultu.
Occurrunt propere lecta de plębe miniſtri.
Pars altos reuocant currus:freniſq; ſolutis
Vertunt emeritos adpaſcua nota Iugales.
Pars aulæa tenent.alij prætexere ramis
Limina:& in thalamis cultas extollere veſtes.
Reginam caſto cinxerunt agmine matres
Elyſię:teneroſq; leuant ſermone dolores:
Et ſparſos religant crines:& vultibus addunt
Flamea ſollicitum præuelatura pudorem.

Quanti pro quot

Hauſter vnde Notus

¶Conueniūt.vndiq; officij gratia coeunt. ¶Quantas frondes. quot folia. comparatio Maronis. ¶Quantas id eſt quot ſupra Claudian. Quantaſque per horas Sollicito genitrix errauerit anxia curſu. ¶Hauſter. a meridie ſpirans ventus: vt ſcribit Vitruuius. Ab hauriendis aquis: vt græce Notus ab humore dictus. ¶Truculentior. viloentus. ¶Decutit. quatiendo deijcit. Colligit hymbes. inducit pluuias. ¶Stipantur. complentur a nauium Saburra: vel onere ſumpta tranſlatio. ¶Præcipiti curſu. feſtinantium vulgo. Serenus. ſoluta fronte. ¶Molleſcere. mitigari. ¶Diſſimiliſque ſui. diuerſus ab eo de quo dixit. Diræ riget inclementia formæ. ¶Dominis. Diti ac Proſerpinæ. ſic etiam Curtius de matre & xvore Darij Dominis ait. ſed hic etiam muliebre genus virili figurate cōceſſit.

¶Aſſurgit.aduenientibus aſſurgere honoris eſt Verg. Vtq; viro
Phœbi chorus aſſurrexerit omnis. ¶Phlegeton inferni fluuius.
de quo ſatis multa. ¶Barba hiſpida.hirſutū mētum.Prudentius
in diuo Romano.Hirſuta barbis ſoluitur Carptim curis. ¶Ri=
uis ardentibus.igneo fluento. ¶Miniſtri.famuli. ¶Lecta de phę
be.hyppallage.ideſt lecti de multitudine miniſtrorum.Statius de
Miniſtris Domitiani.Inſignis facie:decora cultu:ſtat plæbs alte=
ra non minor ſedente. ¶Pars.eorum. ¶Reuocant.loco reſtituūt
¶Altos currus.Emphaſis.nam per hoc equorum proceritas in=
telligitur:vt in illo Maronis Stabāt tercentū nitidi in præſepib⁹
altis. ¶Solutis frænis.detractis habenis. ¶Vertunt agūt. ¶Iu=
gales equos qui iuncti currum trahunt. ¶Emeritos.officio per= Emeriti qui
fūctos Sic etiā Verg.Emeritos boues in georgicis appellauit nā
milites emeriti dicūtur q cōpletis ſtipēdijs militiæ ſacramēto ſo
luti ſunt.Quintil.Emeritis hinc bello ſtipendijs. ¶Pars.famulo
rum. ¶Aulæa.vela & ornamenta quibus pariætes & aulæ tegū Aulea
tur.dicta quod in aula Atali Regis Aſiæ primū inuenta ſūt:quō
is populum Romanū ſcripſiſſet hæredem.autor Seruius. ¶Limi
na.ianuam. ¶Ramis.antiquo Romanorum more diebus feſtis:
aut publica priuataue lætitia arborum rami pro foribus affigie=
bantur:& imprimis e lauro:Iuuenalis.Ornentur poſtes & grandi
ianua lauro.meminit huius conſuetudinis Septimus etiam Ter=
tullianus:& Apuleius in hiſtoria Mileſiaca. ¶In thalamis:in le=
cto iugali.qui Genio medijs in Aedibus ſternebatur.vel ornādo
cubiculo:quod magis placet. ¶Veſtes.ex interpretatione Iuriſcō Veſtis
ſulti:qua quicquid induitur aut tegitur veſtis appellatur.Catullus
Hic veſtis priſcis hominum variata figuris.i.aulæum. ¶Reginā
Proſerpinam Matres Elyſiæ.heroice indolis mulieres:quas illic
eſſe canit Homerus:& Maro. ¶Cinxerunt.Circumfuſæ texerūt Rubēdi rit⁹
Papinius de puellis Adraſti nubentibus.Caſta matres cinxere co
rona Argolides. ¶Leuant ſermone.ſolantur. ¶Teneros puella
res:& hoc a Papinio.Virginibus circum vndiq; fuſæ Fœdera cō
ciliāt noua:ſolanturq; timorem. ¶Et ſparſos religant crines. nā
dixerat Cæſariem diffuſa noto. ¶Addunt.opponunt. ¶Flamea Flamea
Lutei coloris tegmina quibus puellæ nubentes amiciebātur boni
ominis cauſa:quod id velum erat in aſſiduo vſu Flaminiæ.i.Fla=
minis vxoris:cui diuertere per leges a matrimonio non licebat.
Hæc ex Plinio accepimus & Pōpeio. ¶Præuelatura:vt tegerēt.

¶Pudorem.verecũdiã qua nuptura virgo ſuffundebatur. Tibul. vt iuueni primũ virgo deducta marito Inficitur teneras ore rubẽte genas. ¶Sollicitũ.qui Proſerpinæ pectus angebat.ab effectu. Nubentes'.n.puellas:vt inquit Statius.Subit ille ſupremus virginitatis amor tacitæq; modeſtia culpæ.

Pallida lætatur regio:genteſq; ſepultæ

Luxuriant:epuliſq; vacant genialibus vmbræ.

Grata coronati peragunt conuiuia manes;

Rumpunt inſoliti tenebroſa ſilentia cantus

Sedantur gemitus Erebi.ſe ſponte relaxat

Squallor:& æternam patitur rareſcere noctem

Vrna nec incertas verſat Minoia ſortes.

Verbera nulla ſonant:nulloq; frementia luctu

Impia dilatis reſpirant Tartara pœnis.

Non rota ſuſpenſum præceps Ixiona torquet.

Non aqua Tantalicis ſubducitur inuida labris.

Soluitur Ixion:inuenit Tantalus vndas.

¶Pallida lætatur regio.Orcus ab vmbrarũ colore.de qbus Lucretius.Simulachra modis pallentia miris. ¶Sepultæ. conditæ ¶Vmbræ.manes ¶Vacant.indulgent & operã dant. ¶Epulis genialibus.feſtis dapibus.Genius (vt Aufaſtius ait) Deorũ filiꝰ eſt & parens hominũ ex quo homines gignũtur.inde cuiuſq; genius appellatur qꝛ eũ genuit.eũdẽ Geniũ eſſe & larẽ.C. Flaccus in ijs qbus indigitamẽta cõplexus eſt:multis argumẽtis probare contẽdit. Nõnulli binos genios in ijs tantũ domibus quę maritæ forẽt colẽdos eſſe putauerũt:vt memorat Cẽſorinus. Is.n.deꝰ ad cõnubiũ gignendorũ liberũ cauſa inſtitutũ:non nihil pertinet: ideo geniales hic epulas nuptiales intellige. ¶Manes inferni dij ¶Coronati.veteri more.q ſertis ornati conuiuia agitabãt:vt diſcimus ex Aetheneo. Tibul. Iã dudũ ſyrio perfuſus tẽpora Nardo

Genius q̃

Corone in conuiuijs

Debuerā ſertis implicuiſſe comas. Antiquiſſimū prȩterea corona
rū genus ex lana fuit: autore Feſto. inde Papinius in patris Epice Papin. ex
dio Fulgure meos pernaſia crines vellera, i. lauri ſerta. ¶ Cantus. ponitur
nā muſicos in nuptijs exhibebāt Oui. v. metamorpho. In nuptijs
Andromedes. Tibiaq̃ & cātus animi felicia læti Argumenta ſo=
nant. ¶ Sedantur gemitus Erebi Sontiū pœne differuntur: &
ita luctus etiā diſinunt. ¶ Squallor. aer q̄ craſſus & immotus hæ
ret: vt inquit Seneca aut certe ſitus. ¶ Se ſponte relaxat. vltro re
mittitur. ¶ Rareſcere. tenuari. ¶ Aeternā noctē. perpetuas tene=
bras. ¶ Vrna Minoia. Minos ab Heſiodo regno digniſſimus: ab Minos.
Homero diſcipulus & Iouis neceſſarius appellatur. peruicit tamē
Tragicorum conſenſus: qui eum crudelitatis in gratiam Atheniē
ſiū (vt ait Plutarchus) inſimulant. Ex quorū ſententia Verg. Mi=
noem iudicē apud inferos. tanq̄, ſi prȩtor ſit rerū capitaliū. Quȩ= Queſitor
ſitorem vocat ex interprȩtatione Pediani. dat illi ſortitionē. vbi
vrnam nominat. dat reiectionem iudicum. quom dicit Conſiliū
vocat. dat cognitionē quom ſubdit. vitaſq̃ & crimina diſcit. inde
hæc Claud. ¶ Verſat. agitat. ¶ Incertas ſortes. hoc ex antiquo iu
diciorum more. Nam Romani ſortito cauſas audiebant: vt refert
Seruius. ¶ Verbera Furiarū flagella. q̄bus vmbræ ſontiū vapula
bāt Verg. Cōtinuo ſontes vltrix accincta flagello Tiſiphone qua
tit iſultās. Toruoſq̃ ſiniſtra Intētās angues vocat agmia ſȩua ſo
roꝝ. ¶ Impia. vbi ſceleſti crutiantur. ¶ Reſpirāt parūper qeſcūt.
ab ijs ſūpta metaphora q̄ ſub onere curſuue ſubſiſtūt donec ſpi=
ritū recipiāt. ¶ Rota. qđ Cicero tradit in Tuſculanis. tormēti ge= Rota
nus ē. ¶ Prȩceps. volubilis. ¶ Torquet cruciat aſſiduo circūactu
¶ Ixionia. Phlegyȩ vel Aethonis filiū q̄ ſocerū eius Eioneū p in
ſidias necauit. hiſtoriā recitauim⁹ ex Pherecyde. quoq̃ ꝓuocaſſet Ixion
ad ſtuprū Iunonē. dānatus apud inferos aſſidua rotæ vertigine
rapitur Tibullus. Illic Iunonē tētare Ixionis auſi Verſātur celeri
noxia mēbra rota. ¶ Non ſubducitur. nō ſubtrahitur. ¶ Inuida q̄
Tātali iā iā poturi ſitim deſerit: vt ait Tibull⁹. ¶ Labris Tātalicis.
Tātalus (vt Xāthus Lydius in iiij. ſcribit) Hymenȩi filius & Aſca Tantali
li frater: vt alij Smyrnā Phrygiȩ: q̄ tum Naulochos dicebatur: vt fabula
alij Sypilū tenuit. is apđ īferos: vt cāit Hōer⁹: aq̄s ori allabētib⁹:
ꝑpetua ſiti laborat. ſupplicij cauſā nō oēs eādē tradūt. Nā qdā di
cūt eū pœnas luere: qđ Pelopē filiū dijs hoſpitib⁹ epulādū appo=
ſuerit. Nōnlli referūt Canē tēpli Iouis i Creta cuſtodē a Pādareo

Mileſio ſurreptum:ad Tantalum perueniſſe:quem quom repetē
ti Mercurio negaſſet hac affe ctum pœna Ouidius quoniam deo
rū ſecreta mortalibus reuelarit. Quærit aquas in aquis:& poma
fugatia captat. Tantalus:hoc illi garula lingua dedit. Eurypides
ait in aere ſuſpenſum impendenti ſaxo torqueri. Sunt qui ſubie-
ctum Sypilo monti tradant in Lydia. Petronius in Tantalo repræ
ſentari auaros autumat:quibus opes vſui non ſunt:& ſiccis fauci-
bus conditis pecuniſs incubant. Huius filius Pelops acceptis eq̄s
pennatis ab amatore Neptunno Piſam delatus eſt:vt ſcribit Pin
darus. atq; Oenomao curuli certamine ſuperato. Hippodamiam
victoriæ præmium duxit. Ineuntibus. n. certamen procis Hippo
damiam concedebat Oemaus:vt eodem curru ſedentem vehe-
rent ac intra currendi ſpacium:a carceribus ad metas ſecum rape
rent. Quod Lycophronis & Pindari narrat interpres & Apolloni
carmen indicat. Εν Δε ... νω Διφροι πεπονια το δηριων τεο και τον
μεν προπαριοε πελο ι ουνε τινα πων ηνια σ υνδε οιεο κεπα ρ...βιατιο
ιππο δαμεια. ideſt Stant gemini currus. pendetq; in verbera Pro
nus Hinc ſocer:inde Pelops:fugit hic:præmit ille:nec vllum Dat
ſpacium. Pelopi comes aſſidet Hippodamia. inde poetæ conſpi-
rant. vt alienis quadrigis Hippodamiam per epitheton vectam
dicant. q; non ſuo neq; paterno ſed procorum curru rapiebatur.
Ouidius in Heroidibus. Qua duo porrectus longe freta detinet
Iſthmos vecta peregrinis Hippodamia rotis:& Propertius. Nec
phrygium fallo traxit candore maritum Auecta externis Hippo-
damia rotis. Ad hoc & Naſonis illud referri debet. O q̄ pene Pe-
lops curru cecidiſſet eburno. Dum ſpectat vultus Hippodamia
tuos. ſpectabat Hippodamiam Pelops quam ſecū vehebat ebur-
neo curru. quem Neptunnus ei largitus eſt:vt in Tuſculanis refert
etiam Cicero. Meminit & Papinius in Thebaide:quom ait Nep-
tunnia tendit lora Pelops. Ex Hippodamia liberos quidem ſuſ-
cepit multos. ex Danyde vero puella Chryſippum furtiuo concu-
bitu:quem Laius Thebanus amauit & rapuit. is poſtea captus a
Thyeſte & Atreo benigne a Pelope tractatus eſt:qd' amoris cau-
ſa puerum abſportaſſet:vt græcus autor Doſitheus de pelopidis
ſcribens tradit:vt grammaticus Ariſtophanes: qui Tragœdiarū
Sophoclis argumenta compoſuit. Mox eundem Chryſipppum:
Thyeſte & Atreo non audentibus. Nouerca Hippodamia clam
noctu extinxit. Laio cui tum puer accubabat cædis inſimulato:

Auarus in Tantalo
Pelops amatus a Neptunno
Oenomai curule certamen

Oui. locus:
Propertii verſus enucleatus
Ouidij carmē expoſitū

Papinii verſus enucleatus
Chryſippus puer Laij amores.

Ciceronis verba ex hiſtoria declarata.

vt legim⁹ apd̄ Plutarchū quo argumēto Euripides tragœdiā quo
q́ꝫ dedit idē. M. Tulli⁹ ait i Thuſculāis Qui aut de Ganymedis ra
ptu dubitat qd̄ poete velint aut nō itellgit apd̄ Auripidē qd &
loquatur & cupiat Lai⁹: hęc ideo ſcripſimus qm̄ Cicerōis Ouidij:
Propertij & Papi. quos diximus locos alij non attingerunt.

Et Tityus tandem ſpacioſos erigit artus:
Squallentiſq́ꝫ nouem detexit iugera campi.
Tantus erat. laterſq́ꝫ piger ſulcator opaci
Inuitus trahitur laſſo de pectore vultur:
Abreptaſq́ꝫ dolet: iam non ſibi creſcere fibras.
Oblitæ ſcelerum: formidatiq́ꝫ furoris
Eumenides cratera parant: & vina feroci
Crine bibunt: flexiſq́ꝫ minas iam læne canentes
Extendunt ſocios ad pocula plena Ceraſtas
Ac feſtas alio ſuccendunt lumine tædas.
Tunc & peſtiferi pacatum limen Auerni
Innocuæ tranſiſtis aues: flatumq́ꝫ repreſſit.

Tityus Elara. Terre filij q. Diana a Tityo vitiata.

¶ Et Tityus tādē. Tity⁹ (vt ait Pherecid.) Iouis & Elare fili⁹ fuit
ei⁹, quā genuit Orchomen⁹ Telluris tn̄ dict⁹ ē qd̄ eo grauida mr̄
Elara Iunonis metu terrā ſubiēs, illic puerū pꝑpit Indicat in Bœ
otia Strabo ſpecū Elarā a re geſta dēominatā alij ſētiūt ideo Ter=
rę filiū dici qd̄ ſæuos & immanes homines cuiuſmodi Tityus fuit
fabulæ Terra ꝓgnatos fingūt & Calimach⁹ Atrociſſimas qualq́ꝫ
beſtias terrę gen⁹ appellat in nouē iugera diſtētur apud inferos
paſcit vultures vt autor eſt Homerus: qm̄ vim Latoniæ inferre tē
tauit vel vt canit Euphorion. Dianę vitiū intulit quaꝓpter Apol
linis & Dianæ telis extinctū refert Pindarus. ¶ Erigit attollit.
¶ Artus ſpacioſos vaſtiſſima mēbra vt quæ tm̄ agri occuparent.
¶ Nouē iugera nā tot iacēs p̄mebat Tibullus Porrectuſq́ꝫ noue
Tityus p iugera terræ Iugeri mēſura ducētos & quadraginta pe=
des habet in longitudine dimidiū i latitudine ex dimēſiōe Quin
tiliani Homerus nouem plethra dixit q̄ cingula cētū pedes habēt
vt Mathemathicus Hero. docet Sed noſtri ꝓ iugero tm̄ accipiūt
¶ Vultur Homer⁹ geminos vultures admotos Tityo canit Oui
dius vnū Iugeribuſq́ꝫ nouē ſūmus q diſtat ab imo Viceraſq́ꝫ aſſi=

Iugerum Plethrum

duæ debita pbet aui. ¶ Sulcator ales q Tityo quaſi Carnifex additus erat & quoq; lector artus diſſecat Sulcare dicitur Prudētiꝰ Milites teterrimi ſulcant per artus longa tractim vulnera Eſtq; metaphora ſumpta ab oratoribus. ¶ Opaci. liuentis. Tibul. Aſſiduas atro viſcere paſcit aues aut vmbroſi: vt inde per Metalepſiz magnitudinem corporis exprimeret. ¶ Piger aſſiduus & q nuſq̄ auolat ſed affixus iecori ſēper hæret aut inerti corpore. ¶ Fibras iecur quod ſubinde reparatur vt canit etiam Verg. ¶ Eumenides furiæ. ¶ Scelerū ad quæ mortaliū mētes deprauāt. ¶ Formidati Timendi. ¶ Feroci. anguineo. ¶ Flexis minis remiſſo furore. ¶ Læne aduerbium eſt. ¶ Cæraſtas e ſerpentum genere quę quatrigemina præferunt cornicula quorum oſtentatione velutiy eſca ſollicites aues perimunt nam reliqua corporis de induſtria harenis tegunt nec vllū indicium ſui præbent niſi ex ea parte qua inuſitatis dolo paſtibus: necem auiū aucupantur autor Solinus Homines prætereа Cęraſtas cornibus inſignes olim tenuiſſe Cyprū ſcribit Androclides vñ inſula quoq; Cæraſtia dicta ē Oenagoras tñ ita denominatā a ſitu putat φ procurrentibus ꝓmontorijs: velut infeſtis cornibus aſſurgat cum Antroclide Naſo conuenit in. x. metamorphoſeon. ¶ Feſtas tedas. Nuptiales faces. ¶ Alio non rogali. ¶ Tunc Per id tempus quo celebrate ſunt nuptiæ. ¶ Limē ſpiraculum fauces ac oſtium. ¶ Auerni Campaniæ lacus de quo ante eſt dictum. ¶ Peſtiferi Nam ſuperuolantes alites necat: vt Lucretij ſententia recitauimus. ¶ Pacatū nō infeſtū. ¶ Trāſiſtis. innocuę Supuolaſtis abſq; noxa: & damno. ¶ Aues apoſtrophe:

Ceraſte

Careſte hoꝛmines

Ceraſtia cyꝑros

Amſanctus tacuit fixo torrente vorago
Tunc Acherontæos mutato gurgite fontes
Lacte nouo tumuiſſe ferunt hederiſq; virentem
Coccyton dulci perhibent ſtagnaſſe lyæo
Stamina non rumpit Lacheſis ne turbida ſacris
Obſtrepitent lamenta choris Mors nulla vagatur
In terris nulliq; rogum planxere parentes
Nauita non moritur fluctu non cuſpide miles
Oppida funerei pollent immunia læti
Impexoſq; ſenex velauit harundine crines
Portitor; & vacuo s egit cum carmine remos

am ſuus inferno proceſſerat Heſperus orbi

Ducitur in Thalamum Virgo ſtat pronubia iuxta

¶ Amfractus Ita quidem legitur in omnibus fere codicibꝰ nos Amſanctus emẽdauimus ex Vibio ſequeſtri qui Lacum in Hirpinis Amſanctum reddit: ad manes (vt hominum fert opinio) peruium de quo longum Vergilij carmen extat Eſt locus Italiæ in medio ſub mõtibus altis Nobilis: & fama multis memoratur in oris Amſancti valles & paulopoſt Hic ſpecus horrendum & ſæui ſpiracula Ditis Monſtratur ruptoq; ingens Acheronte vorago Pæſtiferas aperit fauces Addit & nõis rõnẽ Ser. Amſãctũ dici: quaſi vndiq; ſanctum Locum nos quandoq; ſpectauimus cum Daunos & Salentinos quibus tum ius dicebamus Neapoli peteremus Indigenæ Mephytim vocant a Fregento non procul Nec abeſt a vero Donatus qui ſtatuit ad Calorem Nam qui Samnitas interſecat Calor amnis illac preterfluit: vt vero Canuſio proximum diceret vrbis illius nobilitas effecit quom cætera proxima regione oppida obſcura ſint nec eius generis vnde locorum notitia peti debeat. ¶ Fixo torrente Verg. Medioq; fragoſus Dat ſonitum ſaxis: & torto vertice torrens. ¶ Acherontæos fontes In theſprotide paulus eſt Acheruſia: & amnis Acheron ibi Coccytus quoq; labitur aqua in ſuauiſſima Pauſanias arbitratur Homerum quom hæc loca vidiſſet commentum inferorum aggreſſum & in poema ſuum tranſtuliſſe. ¶ Lyæo. mero. quod liber immunus eſt: qui Lyæus appellatur quoniam ſoluit animi curas id quod Vticenſis Cato in ſe quandoq; periclitatus eſt: vt ait Plutarchus & Tibul. tẽtauit Adde merum vinoq; nouos compeſce dolores: Occupet vt feſſi lumina victa ſopor inde liberum quoq; dictum pleriſq; placet ſed Alexander ait ita vocatum; ꝙ pro comuni Bœotiæ libertate pugnauit. ¶ Lacheſis parca. ¶ Nõ rupit ſtamina de colo fatali ſuperius expoſuimus Sed Atropos filium truncat non Lacheſis vt iactato etiam incondito illo carmine notum eſt Sed Lacheſin Claud. abſolute pro quacunq; parca poſuit aut ſororem pro ſorore: vt Maro Pollucem pro Caſtore. Propertius Androgeum pro Glauco Et deus extinctum cretœſis Epidaurius herbis reſtituit patrijs Androgeona focis. ¶ Nec mea quidẽ ſententia ſcribe ne reddit enim cauſam cur a ſuo munere Mors & parca ceſſaret: ne .ſ. morentium gemitus feſta turbaret. ¶ Mors Necis dea noctis: vt Heſio. ait filia quoniã fatalẽ

Amſanctus

Defenſus a calumnia

Donatus

Acheruſia palus

Acheron amnis

Inferorum comenta vñ

Leins vnde

Coto curas vino ſoluebat

Liber quare

Mors cur noctis filia.

ſibi dieꝫ nemo nouit ex hoc & atra dicitur: a Tibullo. Abſtineas Mors atra precor: non hic mihi mater. ¶Rogum mortem liberorum. Nam vetuſtas cadauera comburebat vt in legibus ſcribit Cicero Romæ Corneliorum primus Sylla cremari voluit vt autor eſt Plynius apd́ græcos buſtũ primus inſtituit Hercules ãtea ignotum Sed hoc in Tibullũ copioſius. ¶Fluctu maris aduerſa tempeſtate. ¶Miles Bellator & qui caſtra ſequitur appellatus a ſenſu contrario ꝙ minime molli ſit vt ſentit Elius vel a numero Nã legio triũ miliũ primo fuit & a ſingulis tribubus Tatienſium Rhamniũ Lucerũqꝫ milia militum mittebantur Eutropius ait quõ Romulus initio mille delectos ex populo armaſſet: a numero milites dici placuiſſe. ¶Cuſpide telo aut haſta aperte totuꝫ ¶Oppida ciuitates. ¶Pollẽt. florẽt. ¶Immũia Munꝰ onꝰ qñqꝫ ſignificat id quõ remittitur immunitas pſtari dicitur vt iuris interpres Paulus ait. ¶Leti funerei mortis & exequiaꝝ. ¶Senex, Charon magiſter Cymbæ q mortuos p Acheruſiã paludẽ traijcere putabatur vt in ſecũdo Bibliotecæ ſcribit Diodorus ex repræſẽtatione Aegyptioꝝ. ¶Portitor Portitores appellãtur vt ſcribit Nonius qui portum obſident atqꝫ excutiunt oĩa vt veſtigal. accipiant qua ratione Charon portitor dici põt quippe q ab vmbris ill uc appulſis obolũ quaſi portorium exigat vt narrat Apuleius in hiſtoria Meliſiaca meminit & Propertius Vota mouent ſuperos vbi portitor æra recepit Obſerat vmbroſos lurida porta rogos. Quin & vectorẽ cũ Seruio hic itelligere nihil ꝓhibet nã quẽ græci πορθμεα nos ẽt portitorẽ recte dicimꝰ & ſi neſcio q male ſcioli refragrãtur Martial. de ariete quo traiecta ẽ Helle Quid meruit Nemees torror qd portitor Helles vbi nihil dici põt quin vectorẽ ſignificet. ¶Impexos crines Verg. de Charonte cui plurima mẽto canicies inculta iacet. ¶Remos vacuos inanem cymbam: nec vmbris vt priꝰ onuſtã. ¶Cãtat nautico more de quo noſter Naſo Cantat & innitens limoſæ pronus harenæ Aduerſo tardã q trahit amne ratem. ¶Suus Heſperus Nam ſua ſidera manes habent vt diximus Heſperus Atlãtis filius quom in vertice montis a patre dicti ſiderum curſꝰ obſeruaret: extinctus eſt & a ſuis ob inſignẽ pietatem telatus in cælum ſideri nomen dedit autor Diodorus. ¶Proceſſerat apparebat Obſeruatum eſt a maioribus: vt veſpertino eius ortu Noua nupta eũdem torum cum viro iniret qd́ teſtatur etiam Catullus inductis puellis & adoleſcentibus hoc argumento certare notum carmen. ¶Nox. dea parẽs (vt Orpheꝰ

Buſtũ primum.

Miles vñ.

Munus Immune.

Portitor q̇

Defenſus ĩa calumnia.

Seruius

Heſperus

Nox eadem cum Venere

inquit)oim q̄ Cypris hoc eſt Venus:eadē memoratur inde vete= Venus parcaꝝ maxima
ris comœdiæ poeta Ariſtophanes Amorē nocte genitum dicit
viſebatur & Athenis quadrangulari figura Venus quali ſunt Her
mæ addito epigramate quod legimus apud Pauſaniam Venerē
cæleſtem maximū eſſe parcaꝝ Hoc adiecimus vt (qd̄ vetuſtas in
dicare voluit)intelligeres Nihil æque ad ſecundam fortunam cō=
ferre quam beniuolentiam:ac cæleſti cā ꝑfectā.i.ad quā ſidus im Fortune exēplum
pellat An aliunde factum putas vt Vitus ille Piſanellus homo ſe
uiſſimus & qualem pudet fateri Lupiuſq; Leonatus pratus ex in
puriſſimo ſacerdote pyrata ſæuiſſimus qui nouo exemplo ſūmū
ſcelus cum ſumma ſtulticia coniunxit:ex amicitia regia (ſi iure
queat Rex ille vocari Qui pietate caret propriam qui non regit
irā vt Sedulius noſter ait ad ſummas opes peruenerint:inde nem
pe ſunt ij quicūq; criminibus debent honores ad quos indigniſſi
me prouecti tacito bonorum omnium conſenſu indicantur.
¶Pronuba quæ celebrandis nuptijs præerat ex parte vxoris vt Pronuba
Aſpex ex parte viri inde Iuno pronuba quæ Matrimonia cura
de Auſpice Iuuenalis Veniet cum ſignatoribus auſpex.

Stellantes Nox picta ſinus tangenſq; cubile
Omnia perpetuo genitalia fœdere ſancit
Exultant cum voce pij Ditiſq; ſub Aula
Talia peruigili ducunt exordia plauſu
Noſtra parens Iuno tuq; o germane Tonantis
Et gener vnanimis conſortia ducite ſomni
Mutuaq; alternis innectite colla lacertis
Iam felix oritur proles Iam læta futuros
Expectat natura deos:noua numina rebus
Addite.& optatos Cereri proferre Nepotes

¶Tangens precantium more qui tenebant aras vt diſcimus ex Auſpex
Macrobio ¶Sancit ratis optat votis ¶Omina genitalia nume
roſam felicemq; ſobolem ¶Perpetuo fœdere:indiſſolubili cō=
nubio:Pij cultore.Elyſij. ¶Exultant.plaudunt:& motu cor=

poris geſtiunt ¶Cum voce, cum cantu vel eodem linguæ fauore. Plutoni bene precantes. ¶Exordia verba. ¶Peruigili nam totā noctem per cantū vinūq3 duxerunt ¶Noſtra patens Iuno applauſus & plotū cōgrotulatio viſce carminis feſcenini Iuno vero Proſerpina quoq3 dicitur vt initio docuimus ¶Germanæ frater eiuſdemq3 ſtirpis & germinis vt Feſto placet aliter Seruius ex Varrone ¶Gener Nā Proſerpinā Iouis & Cereris filiam duxerat. Conſortia ducite ſonni Nocturnos complexus intelligit nam cōſortes cuiuſcūq3 rei participes appellamus Conſortem patriæ conſortem lyræ: conſortem tori dicit Ouid. & pro ſimili Propertius vſurpauit Tu qui conſortem properas euadere caſum .i. qualem ſubijt Gallus Vnanimis Concordis & recte nam poſſunt etiam qui ſimul accubant non conuenire Sed nemo lites vxorias ſe darī ſperet quas lectus non dirimit vt ad polianū ſcribens ait Plutar. Mutuaq3 alternis. inn. col. lacer. nō diſſimilis Galieni Cæſaris ad nepotes extat Hortatio non murmura veſtra Columbæ Brachia non hederæ non vincant oſcula Conchæ Rebus mundo Nepotes ominatur eis prolem Orpheus in hymnis canit Eumenidas Proſerpinæ filias ex Dite ſuſceptas: quas poſſumus hic intelligere nam vt nepotes potiuſq̄ neptes dicerent: optandi ratio poſcebat quoniam deterioris ſexus libro nemo non deprecatur.

Conſors

Eumenides

¶In. iij. Claud. De Raptu Proſer. Argumentum.

¶Iuppiter vt ſuperum iam conceſiſſe Senatum
Conſpicit accitu Thaumantidos, orſus ab alto
Exponit ſolio cur vitæ larga prioris
Commoda ſubſtulerit regnataq3 ſecula patri
Scilicet vt curis acuat mortalia corda
Nunc (ne ſe toties queſtu Natura fatiget)
Chaonio ſtatuiſſe homines auertere victu
Atq3 ideo Cererem longo diſcurrere luctu
Decretum donec natæ lætata reperte
Indicio tribuat fruges pœnaſq3 minatur
Si quiſquam Cereri raptorem prodere diuum
Audeat illa diu phrygijs bacchata ſub antris:
Nocturno tandem monitu ſua tecta reuiſit
Agnoſcit que domus cladem petit illicet amens
Aethera quomque nihil miſeram lamenta iuuarent

Cælicolum patuere doli tum faucibus Aetnæ
Succenſas quatiens pinus erroribus aptas
Noctiuagis oras ſiculas accincta peragrat

¶ Theophilus Chalcodyles Athenienſis Demetrij .F. appoſuit

¶ Omnia quæ ſenſu. voluuntur vota diurno &c. Hos Elegos alieniſſimo loco inſeruit imperitia librariorum qui dum putant Superiorum exemplo tertium quoq; librum carere præfatione non oportere qualencumq; adiecerunt In antiquis vero exemplaribus Panegyrico Sexti conſulatus Honorij præludit & illic maxime conuenire tunc indicabimus quo̅ noſtras lucubrationes in cætera Claudiani Poemata emittemus Nam qui bello Giganteo: quod idem poeta cecinit aſcribendam ſtatuunt parum mihi videntur eius carminis argumentum colligere.

¶ Libri Tertij Periocha.

¶ Rapta iam Proſerpina Iuppiter Deorum concilium cogit edicitq; nequis Cereri raptorem prodat ad hoc vt eo tandem comperto gauiſa dea Triptolemum mittat qui fruges antea mortalibus ignotas oſtendat & annonam per orbem terrarum diſſeminet Sed ea per quietam de raptu filiæ monita Phrygiam relinqt reuerſæq; in Siciliam ſomnij fides ſucceſſit quon q; acceptam cladem ab Electra Proſerpinæ nutrice dediciſſet curſu̅ rapit in cælum vbi quom neq; conuicijs neq; precibus aut quereli quicq̅ proficeret faces ab Aetnæ caminis acce̅dit atq; ita auſpicatur erroré.

## ¶ A. IANI PARRHASII IN CL. Claudiani De Raptu Proſerpinæ commentarius Tertius.

## ¶ CL. CLAVDIANI De Raptu Proſerpinæ Liber Tertius.

IVPPITER interea cinctam thaumantida Nymbis
Ire iubet: totoq; deos accerſere mundo
Illa colorato Zephyros tranſgreſſa volatu